F 250 ~~249~~

55150
F. 249250

TABVLAE
ANATOMICAE

QVAS

AD ILLVSTRANDAM

HVMANI CORPORIS FABRICAM

COLLEGIT ET CVRAVIT

IVSTVS CHRISTIANVS LODER

MED. ET PHIL. DOCTOR

IN VNIVERSITATE LITERARIA QVAE IENAE EST ANAT. ET CHIR. PROFESSOR

SERENISSIMO DVCI SAXO - VIMARIENSI A CONSILIIS AVLAE INTIMIS EIVSQVE ARCHIATER
MVSEI AC NOSOCOMII DVCALIS ET SOCIETATIS PHYSICAE IENENSIS DIRECTOR
COLLEGII RES MEDICAS PER RVSSICVM IMPERIVM DIRIGENTIS
ACADEMIAE SCIENTIARVM IMPERIALIS PETROPOLITANAE REGIAE GOTTINGENSIS ET
CAESAREAE MEDICO - CHIRVRGICAE IOSEPHINAE VIENNENSIS ATQVE MEDICAE PARISINAE
AC TVRICENSIS HELVETICAE ALIARVMQVE SODALIS

VIMÁRIAE

SVMTIBVS NOVI BIBLIOPOLII

VULGO LANDES - INDUSTRIE - COMPTOIR DICTI

MDCCCIII.

ALEXANDRO. I.

RVSSIARVM. OMNIVM. IMPERATORI

PIO. FELICI. AVGVSTO

POPVLORVM. SVORVM

QVA. LATE. PATET. VASTISSIMVM. IMPERIVM

PATRI. OPTIMO

GENERIS. HVMANI. AMORI. AC. DELICIIS

LITERARVM. BONARVMQVE. ARTIVM

VINDICI. AC. STATORI

MVNIFICENTISSIMO

HOCCE

OPVS. ANATOMICVM

PARTIVM. HVMANI. CORPORIS. FABRICAM

LINEIS. ADVMBRANS

DEVOTISSIMA. MENTE. INSCRIPSIT

IVSTVS. CHRISTIANVS. LODER

RIGA - LIVONVS

PRAEFATIO.

Cum tantus ſit noſtris temporibus non apud medicos ſolum, ſed apud omnes fere cultioris ingenii homines, anatomici et phyſiologici ſtudii feruor; ſaepe miratus ſum, qui factum ſit, vt nemo adhuc de edendis tabulis anatomicis, *omnium* humani corporis partium formam et ſtructuram exhibentibus, toto, vt ita dicam, pectore cogitauerit. Fuerunt quidem, qui vel aliquas vel plures partes adcurate, atque adeo elegantiſſime, delineatas darent; nullum tamen anatomicum opus, quod *totum* corpus figuris comprehendat, exſtare, nec omnia iſta opera, junctim ſumta, ad cognoſcendam *vniuerſam* humani corporis fabricam ſufficere, notiſſimum eſt.

Etſi vero me non fugit, *praecipua* et cognitu inprimis digna organa variis hiſce libris contineri; tamen adſerere haud dubito, eorum deſiderio, qui ad anatomiae ſtudium vel neceſſitatis vel delectationis cauſſa incumbunt, ne his quidem adminiculis omnino ſatisfactum eſſe. Iſta enim volumina, ſiue maiora ſiue minora, partim difficillime comparantur, partim tanto pretio veneunt, vt vix in publicis, nedum in priuatis bibliothecis, ad vnum omnia inueniantur, adeo, vt rariſſima ſit opportunitas iisdem vtendi. Academiam noui, quae antiquiſſima et inter germanicas prae multis aliis celeberrima eſt, in qua ne vnicum quidem Albinianarum tabularum oſteologicarum exemplar, nec in publicis nec in priuatis bibliothecis, inuenire potui.

Quae cum ita ſe habere animaduerterem, non inutilem laborem me ſuſcepturum eſſe putaui, ſi tabulas, *vniuerſam anatomen* comprehendentes, ſenſim ſenſimque, perpetua tamen ſerie, ederem, illasque ita inſtituerem, vt, quantum id fieri poſſet, emtorum ſumtibus parceretur, nec tamen diſtinctae et adcuratae partium delineationi aliquid deeſſet. Formam elegi vulgari charta paullo maiorem, quippe quae ad comprehendendas in quauis tabula plures figuras idonea eſſet, et ad frequentiorem tabularum vſum commodior videretur. Picturas lineares non addidi, niſi vbi ſumma neceſſitas vrgeret: compendii cauſſa id factum eſſe, vix eſt quod moneam.

Ad ipſas figuras quod adtinet, eas partes, quas adcurate et naturae conuenienter in variis anatomicorum libris expreſſas inueni, ad archetypum, quod optimum mihi videretur, effingi juſſi, illas vero, quas vel minus recte delineatas judicabam vel a nemine adhuc depictas eſſe noueram, ad idonea praeparata anatomica in muſeo meo ſeruata delineandas curaui. Ita factum eſt, vt CLXXXII tabulis CIↃCCCCXXXI figurae comprehenderentur, inter quas CCCIX *nouae* *) ſunt.

Ad

*) Nouarum figurarum indicem vid. ad calcem *Conſpectus tabularum.*

Ad delineandas nouas figuras vſus ſum tribus pictoribus: incidendis autem in aes iconibus omnibus operam dederunt chalcographi quatuordecim. Hi licet omnes in ſua arte periti fuerint, tamen non eodem ſucceſſu omnes rem ſuam ſic peregerunt, vt vbique exſpectationi meae plane reſponderent. Spero autem fore, vt nemo mihi id vitio ducat, quod in opere tantae molis, cui *nouem annorum* diligentiam me impendiſſe fateor, omnino cauere non licuit.

Nunquam vero hoc induxi in animum, me opus profligaſſe, quod iis plane ſatisfaciat, qui ſummae elegantiae, aut, vt rectius dicam, oſtentationi, in hisce rebus indulgent. Potuiſſem fortaſſis et illorum votis reſpondere, niſi id in animo habuiſſem, vt ſumtibus emtorum parcerem, iisque, quibus datum non eſt, ſplendida et ſumtuoſa opera ſibi parare, opportunitatem praeberem, corporis humani fabricam, quantum id e tabulis fieri poſſet, vel cognoſcendi, vel animo et memoria recolendi. Itaque non vereor, ne quis ſit, non peritus ſolum, ſed et candidus aequusque harum rerum arbiter, qui vitio mihi vertat, ſi ſplendori minus, quam perſpicuitati figurarum, operam dederim: omninoque omnes, qui de opera noſtra exiſtimare velint, rogo, vt meminerint, me quam plurimis anatomiae cultoribus, iisque non magiſtris, ſed tyronibus potius, inſeruire ſtuduiſſe.

In explicandis tabulis, cuilibet figurae, ex alio libro deſumtae, addidi nomen auctoris et menſuram, qua illam, vbi opus eſſet, deminui. Vbi nulla menſura adſcripta eſt, archetypum eadem magnitudine imitandum curaui, idque ſemper factum eſt, vbi partes pro natura ſua minores expreſſae ſunt.

Ipſis hisce tabulis breuem explicationem adieci, quae ad intelligendas ſingulas partes, pro harum tabularum conſilio ſufficeret. Sed ſi quis forte vberiorem deſcriptionem deſideret, is librum meum adeat velim, ſub titulo *Anatomiſches Handbuch* germanico idiomate ſcriptum, cuius nouam, quam incepi, editionem, hisce tabulis adcommodatam, in latinam linguam vertere animus eſt.

Denique, ſi qua fuerint, quae vel ratione figurarum, vel ratione explicationis, aliquo jure monita eſſe animaduertero; ea in vſum vocare et in rem meam conferre non recuſabo. Veri ſtudioſum me profiteor, ideoque quae vera inuenero, etiamſi ab acerbo et maligno reprehenſore profecta fuerint, bono gratoque animo accipiam. Ita fieri poterit, vt noua huius operis editio, quam, ſi Deus vitam mihi conceſſerit, poſt *alteros nouem annos* fortaſſis parare licebit, non elegantior tantum priori, verum etiam perfectior et magis abſoluta in lucem prodeat.

Scripſi Ienae a. d. XII Maii MDCCCIII.

CONSPE-

CONSPECTVS TABVLARVM.

Tab. I. Praeparata ad illuſtrandam oſteogeniam.

— II. Sceletus ab anteriori.

— III. Sceletus a poſteriori.

— IV. Cranium integrum. Cauum narium.

— V. Oſſa cranii.

— VI. Oſſa faciei.

— VII. Dentes. Vertebrae.

— VIII. Spina dorſi.

— IX. Oſſa peluis.

— X. Sternum. Coſtae.

— XI. Clauicula. Scapula. Humeri et cubiti oſſa.

— XII. Manus oſſa.

— XIII. Os femoris. Patella. Tibia. Fibula.

— XIV. Pedis oſſa.

— XV. Oſſa diſſecta.

— XVI. Perioſteum. Membrana medullae. Cartilago. Ligamenta maxillae.

— XVII. Ligamenta vertebrarum.

— XVIII. Ligamenta ſpinae dorſi, ſterni, clauiculae.

— XIX. Ligamenta ſcapulae, humeri, cubiti, carpi.

— XX. Vagina humeri et cubiti. Ligamenta manus.

— XXI. Ligamenta digitorum manus. Ligamenta peluis.

— XXII. Ligamenta peluis.

Tab. XXIII. Vagina femoris et cruris ac pedis. Ligamenta acetabuli.

— XXIV. Ligamenta genu et malleolorum.

— XXV. Ligamenta pedis.

— XXVI. Syntaxis muſculorum primi et ſecundi ordinis, ab anteriori.

— XXVII. Syntaxis muſculorum tertii et quarti ordinis, ab anteriori.

— XXVIII. Syntaxis muſculorum primi et ſecundi ordinis, a poſteriori.

— XXIX. Syntaxis muſculorum tertii et quarti ordinis, a poſteriori.

— XXX. Syntaxis muſculorum, a latere.

— XXXI. Syntaxis muſculorum laryngis et pharyngis ac plantae pedis.

— XXXII. Muſculi capitis, oſſis hyoidei, linguae, laryngis, oculi, oſſiculorum auditus.

— XXXIII. Muſculi laryngis, pharyngis, perinaei.

— XXXIV. Muſculi abdominales.

— XXXV. Diaphragma.

— XXXVI. Muſculi dorſi.

— XXXVII. Muſculi ceruicis.

— XXXVIII. Muſculi recti et obliqui capitis, intercoſtales, ſerrati, rhomboidei etc.

— XXXIX. Muſculi ſcapulae etc.

— XL. Muſculi humeri et cubiti.

Tab. XLI. Muſculi cubiti et manus.

— XLII. Muſculi femoris.

— XLIII. Muſculi femoris.

— XLIV. Muſculi femoris.

— XLV. Muſculi cruris.

— XLVI. Muſculi cruris et pedis.

— XLVII. Burſae mucoſae capitis et humeri.

— XLVIII. Burſae mucoſae cubiti, manus, femoris.

— XLIX. Burſae mucoſae femoris.

— L. Burſae mucoſae genu, cruris, pedis.

— LI. Burſae mucoſae cruris et pedis. Maſſa adipoſo - glanduloſa cum fimbriis ſuis. Praeparata phyſiologica muſculorum.

— LII. Praeparata integumentorum.

— LIII. Praeparata integumentorum. Vngues. Pili. Pinguedo.

— LIV. Organum olfactus et auditus.

— LV. Organum auditus.

— LVI. Praeparata oculi.

— LVII. Praeparata oculi et linguae.

— LVIII. Situs viſcerum thoracis et abdominis, in adulto.

— LIX. Situs cordis et ventriculi, in eodem.

— LX. Situs cordis et inteſtinorum tenuium, in eodem.

— LXI. Situs oeſophagi et ventriculi, in eodem.

— LXII. Situs viſcerum thoracis et abdominis, in puero neonato: ſitus cordis et ventriculi, in eodem.

— LXIII. Situs cordis et inteſtinorum tenuium ac ſitus oeſophagi et ventriculi, in eodem.

— LXIV. Situs viſcerum thoracis et abdominis pueri, a tergo.

— LXV. Parotis. Glandula maxillaris et ſublingualis. Glandulae labiales et buccales. Palatum.

— LXVI. Glandula thyreoidea. Larynx. Trachea. Bronchi.

Tab. LXVII. Pulmones.

— LXVIII. Pharynx. Oeſophagus. Ventriculus. Duodenum.

— LXIX. Praeparata inteſtinorum tenuium et craſſorum.

— LXX. Inteſtinorum tunicae.

— LXXI. Villi et glandulae inteſtinorum. Pancreas. Lien.

— LXXII. Hepar et veſicula fellea.

— LXXIII. Veſicula fellea. Omenta.

— LXXIV. Capſulae ſuprarenales. Renes.

— LXXV. Veſica vrinaria. Vrethra. Penis.

— LXXVI. Vrachus. Perinaeum.

— LXXVII. Scrotum. Teſticulus. Veſiculae ſeminales.

— LXXVIII. Deſcenſus teſticulorum.

— LXXIX. Vagina. Vterus. Ouaria.

— LXXX. Genitalia virginea. Mammae.

— LXXXI. Vterus grauidus, ab anteriori. Placenta.

— LXXXII. Vterus grauidus, a latere dextro. Vteri ſuperficies interna eiusque fibrae musculares.

— LXXXIII. Vterus grauidus, a latere ſiniſtro. Partis anterioris vteri facies interna.

— LXXXIV. Vterus grauidus et contenta peluis, ab anteriori.

— LXXXV. Vterus grauidus ac fetus in ſitu naturali. Vterus vacuus.

— LXXXVI. Partes pone vterum grauidum ſitae. Peluis cum contentis ſuis, a latere.

— LXXXVII. Vaſa vteri cera impleta. Ouarium cum corpore luteo.

— LXXXVIII. Vterus vna cum placenta. Vterus grauidus, a tergo. Vterus apertus.

— LXXXIX. Contenta peluis. Ouum humanum.

— XC. Ouum humanum. Membrana decidua.

— XCI. Arteriae totius corporis anteriores.

— XCII. Arteriae totius corporis poſteriores.

— XCIII. Arteriae faciei. Arteria pharyngea adſcendens.

Tab. XCIV.

Tab. XCIV. Arteria carotis externa.

— XCV. Arteriae durae meningis et baſeos cerebri.

— XCVI. Plexus choroideus. Arteriae cerebelli. Arteriae oculi.

— XCVII. Arteriae medullae ſpinalis.

— XCVIII. Arteria thyreoidea inferior.

— XCIX. Arteriae colli et thoracis.

— C. Arteriae thoracis.

— CI. Arteria coeliaca et meſenterica ſuperior.

— CII. Arteriae meſentericae.

— CIII. Arteria pudenda. Arteriae renum et peluis.

— CIV. Arteriae peluis.

— CV. Arteriae peluis.

— CVI. Arteriae femoris.

— CVII. Arteriae femoris et cruris.

— CVIII. Arteriae femoris et cruris ac pedis.

— CIX. Arteriae mammariae internae et epigaſtricae.

— CX. Arteriae ſcapulae et manus.

— CXI. Arteriae brachii.

— CXII. Arteriae brachii.

— CXIII. Fibrae muſculares cordis.

— CXIV. Fibrae muſculares cordis.

— CXV. Fibrae muſculares cordis. Pericardium.

— CXVI. Fibrae muſculares cordis.

— CXVII. Cor diſſectum. Vaſa cordis.

— CXVIII. Cor diſſectum.

— CXIX. Venae capitis et colli ſuperficiales.

— CXX. Venae capitis et colli profundiores.

— CXXI. Venae cerebri et cranii.

— CXXII. Venae oculi. Venae colli ac thoracis et abdominis.

— CXXIII. Venae meſentericae.

— CXXIV. Venae ventriculi et omenti magni. Venae inteſtini coeci. Venae peluis.

— CXXV. Venae peluis vtriusque ſexus. Venae vteri grauidi.

— CXXVI. Venae mammariae et epigaſtricae. Venae ſpinales.

Tab. CXXVII. Venae extremitatis inferioris ſuperficiales.

— CXXVIII. Venae extremitatis inferioris profundae.

— CXXIX. Venae extremitatis ſuperioris ſuperficiales.

— CXXX. Venae extremitatis ſuperioris profundae.

— CXXXI. Syntaxis venarum, ab anteriori.

— CXXXII. Venae totius corporis, a poſteriori.

— CXXXIII. Vaſa abſorbentia extremitatis inferioris.

— CXXXIV. Vaſa abſorbentia extremitatis inferioris.

— CXXXV. Vaſa abſorbentia femoris ac penis et ſuperficiei anterioris abdominis.

— CXXXVI. Vaſa abſorbentia profunda extremitatis inferioris.

— CXXXVII. Vaſa abſorbentia profunda femoris et Glutaeorum. Concurſus vaſorum abſorbentium in glandulas peluis et lumborum.

— CXXXVIII. Plexus iliacus. Vaſa abſorbentia veſicae vrinariae, proſtatae, peluis. Vaſa abſorbentia inteſtinorum tenuium.

— CXXXIX. Concurſus vaſorum abſorbentium ex inguinibus, pene, teſticulis ac renibus in ductum thoracicum.

— CXL. Vaſa abſorbentia lienis, renum, capſularum ſuprarenalium, vteri et vaginae.

— CXLI. Vaſa abſorbentia inteſtini coli.

— CXLII. Vaſa abſorbentia hepatis.

— CXLIII. Vaſa abſorbentia intercoſtalia. Ductus thoracicus.

— CXLIV. Vaſa abſorbentia pulmonum ac bronchorum et diaphragmatis.

— CXLV. Vaſa abſorbentia ſuperficialia dorſi et extremitatis ſuperioris.

— CXLVI. Vaſa abſorbentia ſuperficialia capitis et thoracis.

— CXLVII. Vaſa abſorbentia extremitatis ſuperioris.

Tab. CXLVIII. Vaſa abſorbentia diaphragmatis, cordis, mediaſtini, mammarum, capitis, ſterni.

— CXLIX. Vaſa abſorbentia cerebri, cranii, colli, thoracis. Finis ductus thoracici.

— CL. Vaſa lactea. Glandulae lymphaticae.

— CLI. Syſtema abſorbens totius corporis, ab anteriori.

— CLII. Syſtema abſorbens totius corporis, a poſteriori.

— CLIII. Dura meninx. Cerebrum.

— CLIV. Cerebrum.

— CLV. Cerebrum.

— CLVI. Cerebrum.

— CLVII. Cerebrum et cerebellum.

— CLVIII. Cerebellum.

— CLIX. Medulla ſpinalis. Neruus acceſſorius.

— CLX. Nerui faciei.

— CLXI. Neruus trigeminus et origo nerui ſympathici.

— CLXII. Neruus olfactorius. Neruus auditorius. Nerui oculi.

— CLXIII. Neruus hypogloſſus. Nerui ceruicales.

— CLXIV. Neruus ceruicalis tertius et quartus. Nerui cardiaci.

— CLXV. Nerui cardiaci. Ganglia ceruicalia.

— CLXVI. Neruus gloſſopharyngeus et pharyngeus. Neruus hypogloſſus.

Tab. CLXVII. Nerui cardiaci dextri lateris.

— CLXVIII. Nerui cardiaci ſiniſtri lateris. Nerui vagi plexus pulmonalis.

— CLXIX. Neruus ſympathicus magnus dexter. Coniunctio nerui ſympathici dextri et ſiniſtri.

— CLXX. Plexus ſemilunaris.

— CLXXI. Neruus ſympathicus et vagus ſiniſter.

— CLXXII. Nerui hepatis et ventriculi.

— CLXXIII. Nerui lumbales. Nerui peluis.

— CLXXIV. Nerui ſuperficiales extremitatis inferioris, ab anteriori et poſteriori.

— CLXXV. Nerui profundiores extremitatis inferioris, ab anteriori et poſteriori.

— CLXXVI. Nerui profundi extremitatis inferioris, ab anteriori et poſteriori.

— CLXXVII. Plexus neruorum brachialium origo.

— CLXXVIII. Nerui ſuperficiales extremitatis ſuperioris, ab anteriori et poſteriori.

— CLXXIX. Nerui radialis ramus volaris. Nerui profundiores extremitatis ſuperioris, ab interiori.

— CLXXX. Neruus medianus. Nerui radialis ramus profundus.

— CLXXXI. Praeparata phyſiologica neruorum et gangliorum.

— CLXXXII. Nerui cordis. Foramen ouale. Ductus arterioſus.

NOVARVM FIGVRARVM INDEX.

Tab. I. Fig. 1. 2. 3. 4. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 20. 21. 22. II. V. 5. 6. 17. 18. VI. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 18. 21. 22. 25. 39. 40. VII. 10. 21. 31. 32. X. 3. 4. 5. 7. 8. 11. 12. XII. 1. 2. XIV. 2. XV. 6. XVI. 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. XVII. 1—8. XVIII. 1—6. XIX. 1—13. XX. 1—10. XXI. 1. 2. 3. 6. 9. XXII. 1. 2. 3. 6. 7. XXIII. 1—4. XXIV. 1—8. XXV. 1—8. XLVII. 4. 5. 6. 7. 8. XLVIII. 1—6. XLIX. 1—4. L. 1—5. LI. 1. 2. LII. 1. 2. 3. 5. 16. 17. 18. LIII. 1. 2. 6. 13. 14. 15. 16. 17. LIV. 6. 7. 11. 12. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 23. 24. 25. 26. 27. 28. LV. 19. LVI. 1. 3. 4. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 15. 18. LVII. 4. 5. 22. 28. LVIII. LIX. LX. LXI. LXII. 1. 2. LXIII. 1. 2. LXIV. 1—6. LXV. 3. 4. 5. LXVI. 1—13. LXVII. 1—6. LXVIII. 2. 3. 4. LXX. 1. 2. 3. 10. 12. LXXI. 4. 7. 8. LXXIV. 1—7. 11. 12. 13. 14. LXXV. 3. 4. 5. 8. 9. LXXVII. 3. 7. LXXIX. 8—11. LXXX. 9. LXXXVIII. 1. CXVII. 1—4. CXVIII. 1—3. CXXII. 3. 4. CXXIII. 1. 2. CXXIV. 1—3. CXXV. 1—3. CXXVI. 1—3. CXXVII. 1. 2. CXXVIII. 1—5. CXXIX. 1—4. CXXX. 1—3. CXXXI. CXXXII. CLI. CLII. CLXXVII. CLXXVIII. 1. 2. CLXXIX. 1. 2. CLXXX. 1. 2.

SECTIO V.

ANGIOLOGIA

ARTERIAE

EXPLICATIO
TABVLAE XCI.

Arteriae totius corporis anteriores.

HALLERI *Icon. anat.* Faſc. VIII. Tab. I.

REGIO PRIMA: *Cor et Thorax.*

1—11. Coſtae his numeris deſignatae. Ultimam ren tegit, vt non adpareat.
12—16. Vertebra dorſi prima, ſecunda, tertia, quarta, quinta.
17—21. Vertebrae lumborum quinque.
22. Cor in ſitu, ita tamen, vt a pondere ſuo deorſum trahatur: hinc radices magnorum vaſorum ad coſtam tertiam ſunt, quae deberent eſſe ad coſtam ſecundam.
23. Atrium dextrum repletum.
24. Atrium ſiniſtrum pariter plenum.
25. Truncus *arteriae pulmonalis.*
26. Ductus arterioſus BOTALLI.
27. Ramus ſiniſter arteriae pulmonalis.
28. *Aorta.*
29. Arcus huius arteriae.
30. Rami *arteriae coronariae dextrae.*
31. Rami anteriores *arteriae coronariae ſiniſtrae.*
32. *Truncus communis arteriae carotidis et ſubclauiae dextrae.*
33. *Subclauia dextra.*
34. *Carotis dextra.*
35. *Carotis ſiniſtra.*
36. *Subclauia ſiniſtra.*
37. Muſculi Longi colli pars.
38. Arteria intercoſtalis ſiniſtra interualli primi ex Subclauia nata.
39. Ramus alius.
40. Art. intercoſtalis ſiniſtra interualli ſecundi.
41. Ramus deſcendens ſupplens arteriam interualli tertii.
42. Intercoſtalis interualli quarti.
43. Anaſtomoſis cum arteria interualli quinti.
44—50. Intercoſtales ſiniſtrae interualli quinti, ſexti, ſeptimi, octaui, noni, decimi, vndecimi.
51. *Aorta deſcendens abdominalis.*
52. Intercoſtalis aortica dextra prima, ſiue interualli ſecundi et primi.
53. Ejus ramus ad interuallum ſecundum.
54. Ramus interualli primi.
55. Arteria intercoſtalis aortica ſecunda.
56. Ramus interualli tertii.
57. Ramus interualli quarti.
58. Ramus anaſtomoticus cum art. intercoſtali interualli quinti.

REGIO SECUNDA: *Collum.*

59. Trachea.
60. Glandula thyreoidea.
61. Cartilago thyreoidea.
62. 62. Muſculi Hyo-thyreoidei.
63. Mylohyoideus.
64. 64. Digaſtrici maxillae venter anterior.
65. 65. Ejusdem muſculi venter poſterior.
66. 66. Glandula maxillaris.
67. 67. Glandulae jugulares lymphaticae aliquae.

68. 68. Scaleni anteriores.
69. Scalenus medius.
70. Aliquot proceſſus transuerſi vertebrarum colli.
71. 71. Cucullares reclinati.
72. 72. *Carotis interna.*
73. 73. *Carotis externa.*
74. 74. *Arteria thyreoidea ſuperior.*
75. 75. Ramus eius ad Hyothyreoideum.
76. Arcus ſuperior cum ſodali.
77. Arcus inferior.
78. Arteria ad Digaſtricum.
79. 79. *Arteria ſubmentalis.*
80. 80. *Arteria facialis.*
81. 81. *Arteria temporalis.*
82. 82. *Arteria vertebralis.*
83. Arteria thyreoidea inferior, minor.
84. 84. *Arteria thyreoidea inferior*, maior, vulgaris.
85. 85. Ramus eius adſcendens, ſ. arteria ceruicalis adſcendens.
86. Surculus ad glandulam jugularem.
87. 87. Ramus arteriae thyreoideae ceruicalis ſ. Art. transuerſa colli.
88. 88. Rami ad Cucullarem.
89. 89. *Arteria transuerſa ſcapulae.*
90. *Arteria dorſalis ſcapulae.*
91. Ramus hyoideus arteriae lingualis.
92. Ramus profundus arteriae ſubmentalis (79.)
93. Vena jugularis.
94. *Arteria auricularis.*
95. *Arteria occipitalis.*
96. Ramus ad Scalenum medium ex Arteria transuerſa colli (87.)
97. Ramulus ad glandulam jugularem lymphaticam.
98. Rami ab arteria thyreoidea inferiori ad tracheam.

Regio tertia: *Facies.* (Lateris dextri vaſa ſubcutanea; ſiniſtri profundiora.)

99. Depreſſor anguli oris.
100. Maſſeter.
101. Parotis.
102. Buccinator.
103. Zygomaticus maior.
104. Zygomaticus minor.
105. Leuator anguli oris.
106. Leuator labii ſuperioris proprius.
107. Orbicularis palpebrarum.
108. Temporalis.
109. Frontalis.
110. 111. Orbicularis oris: 110. pars, quae pertinet ad labium ſuperius, 111. quae ad inferius.
112. Quadratus menti.
113. Pars aliqua cutanea.
114. Maxilla inferior nuda.
115. Ramus arteriae ſubmentalis ad Quadratum menti et Depreſſorem anguli oris.
116. Ramus arteriae facialis ad colli glandulas et cutem.
117. Ramus ad Maſſeterem.
118. R. ad Buccinatorem.
119. R. ad Depreſſorem anguli oris.
120. R. ad labium inferius, ſ. arter. coronaria huius labii.
121. *Arteria coronaria labii ſuperioris.*
122. R. naſalis inde enatus ſ. Art. *naſalis media.*
123. Art. *naſalis lateralis interior*, quae anaſtomoſi jungitur ophthalmicae.
124. Art. *naſalis lateralis exterior* etiam anaſtomotica.
125. *Art. temporalis* erumpens ex parotide.
126. 126. Rami ſincipitales.
127. R. frontalis.
128. *Art. transuerſa faciei.*
129. Ramus ad Orbicularem palpebrarum et Temporalem.
130. R. ad Maſſeterem.
131. R. transuerſus.
132. Ramus inosculatus cum
133. Ramo arteriae infraorbitalis.
134. Os jugale nudum.
135. Ramus arteriae facialis ad maxillam nudam.
136. R. Buccinatoris comes, ab arteria maxillari interna, coniunctus cum faciali.
137. Surculus Zygomatico maiori immerſus.
138. R. ex ſubmentali in coronariam labii inferioris.
139. Anaſtomoſis ſecundum ſeptum narium cum ramo naſali arteriae ophthalmicae.
140. Rami ex faciali ad labium ſuperius.
141. Variae anaſtomoſes facialis cum
142. *Arteria infraorbitali.*
143. R. ex alueolari, Buccinatoris comes.
144. Anaſtomoſis cum infraorbitali.
145. R. ſuperior arteriae ophthalmicae.

146. 147.

146. R. frontalis exterior.
147. 147. Rami frontales interni.
148. R. naſalis.
149. Surculus huius rami ad arcum tarſeum ſuperiorem.
150. Surculus ad inferiorem.
151. Arcus in fronte ſuperior.
152. Arcus inferior.
153. *Art. auricularis inferior.*
154. R. ad articulationem maxillae inferioris.
155. Locus vbi ſecedit arteria maxillaris interna.
156. *Auricularis media.*
157. *Auriculares ſuperiores.*
158. Ramus Maſſetere tectus.
159. R. ad arcum tarſeum inferiorem.
160. R. ad ſupercilium.
161. Anaſtomoſis cum arcu frontali ſuperiori et inferiori (151; 152.)

Regio quarta: *Brachium dextrum.* (Muſculi ſub cute et vaſa ſuperficialia).

162. Clauiculae defractae apex.
163. Proceſſus coracoideus.
164. Pectoralis minor.
165. Pars Pectoralis maioris reclinati.
166. Teres maior.
167. Latiſſimus dorſi cum Terete maiori coniunctus.
168. Subſcapularis.
169. Deltoideus.
170. Anconaeus longus, diuaricatus.
171. Anconaeus internus.
172. Biceps.
173. Brachialis internus.
174. Coracobrachialis.
175. Condylus internus humeri.
176. Vlnaris internus.
177. Sublimis.
178. Palmaris longus.
179. Radialis internus.
180. Pronator teres.
181. Supinator longus.
182. Profundus.
183. Opponens pollicis.
184. Abductor breuis pollicis.
185. Flexor breuis pollicis.
186. Tendo Flexoris longi.
187. Lumbricalis primus.
188. Tendo Sublimis ad indicem.
189. Eiusdem tendo ad digitum medium.
190. Tendo ad digitum annularem.
191. Tendo ad digitum minimum.
192. Abductor digiti minimi.
193. Flexor breuis eiusdem digiti.
194. Opponens.
195. Lumbricalis ſecundus.
196. — — — — tertius.
197. — — — — quartus.
198. Palmaris breuis pars.
199. Abductoris indicis pars.
200. Ligamentum carpi proprium volare.
201. *Arteria axillaris.*
202. *Art. acromialis.*
203. Rami ad coſtas.
204. Rami ad Pectoralem maiorem.
205. Rami ad glandulas alares.
206. *Art. ſubſcapularis.*
207. Eius ramus ad dorſum ſcapulae circumflexus.
208. Surculi ad Teretem maiorem.
209. Ramulus ad Latiſſimum dorſi.
210. Ramuli ad Serratum magnum.
211. Surculi ad Coracobrachialem.
212. *Art. humeri profunda.*
213. *Art. circumflexa humeri poſterior.*
214. — — — — *anterior.*
215. Rami ad Anconaeum longum.
216. Rami ad Brachialem internum.
217. Truncus arteriae profundae ad dorſum humeri euns.
218. *Arteria brachialis.*
219. 220. 221. Rami ad Bicipitem.
222. Ramuli ad Brachialem internum et Anconaeum internum.
223. Ramus profundus ad Brachialem internum.
224. *Arteria collateralis vlnaris primaria.*
225. Ramus ad Anconaeum longum.
226. Continuatio trunci arteriae collateralis, quae anaſtomoſi confluit cum arteria recurrente vlnari.
227. Ramus confluens cum anaſtomotica.
228. Ramus ad Brachialem internum.
229. Ramus anaſtomoticus cum collaterali vlnari.
230. Ramulus ad Pronatorem teretem.
231. *Arteria vlnaris.*
232. *Arteria radialis.*
233. 234. Ramus ad Supinatorem longum.
235. Ramulus ad Profundum.
236. Alii ramuli ad eundem muſculum.
237. Ramuli ad Pronatorem teretem.
238. Ramus ad Palmarem longum.

A 2 239.

239. Ramuli ad Abductorem breuem pollicis.
240. Ramulus ad Flexorem breuem et Opponentem.
241. Ramus ex arteria radiali perficiens arcum volarem ſuperficialem.
242. Arteria vlnaris emergens ſub Flexoribus.
243. Rami ad Sublimem et Vlnarem internum.
244. Ramuli ad Sublimem.
245. Ramulus ad tendines flexorios.
246. Ramuli ad Abductorem et Flexorem breuem digiti minimi.
247. Ramus vlnaris digiti minimi.
248. Ramulus inde anaſtomoticus cum ſurculo arcus dorſalis cubiti coniunctus.
249. Ramus ad Lumbricalem quartum.
250. Arcus vnguicularis digiti minimi.
251. *Arcus volaris ſuperficialis.*
*Ramulus ad Opponentem digiti minimi.
252. Arteria digitalis communis digiti annularis et auricularis.
253. Arteria radialis digiti minimi.
254. Art. vlnaris digiti annularis.
255. Arteria digitalis communis digiti medii et annularis.
256. Art. radialis digiti annularis.
257. Art. vlnaris digiti medii.
258. Arcus vnguicularis digiti annularis.
259. Arteria digitalis communis digiti indicis et medii.
*Ramulus adrepens ex arcu volari profundo.
260. Art. radialis digiti medii.
261. Art. vlnaris indicis.
262. Arcus vnguicularis digiti medii.
263. Ramus ex arcu ſuperficiali ad indicem et ad muſculos pollicis.
264. Ramus ex arcu profundo accedens ad art. radialem indicis.
265. Art. radialis indicis.
266. Arcus vnguicularis indicis.
267. Ramus ex arcu ſuperficiali ad pollicem.
268. Art. radialis pollicis.
269. Art. vlnaris pollicis.
270. Ramulus communicans cum ramo 263.
271. Arcus vnguicularis pollicis.

Regio quinta. *Brachium ſiniſtrum.* (Muſculi profundi et vaſa.)

272. Clauicula defracta.
273. Acromium.
274. Caput humeri.
275. Subſcapularis muſculus.
276. Reliquiae Deltoidei.
277. Reliquiae Pectoralis maioris.
278. Capita Bicipitis.
279. Veſtigia inſerti Latiſſimi dorſi.
280. Coracobrachialis.
281. Anconaeus longus.
282. Anconaeus internus.
283. Anconaeus externus.
284. Tendo Bicipitis.
285. Brachialis interni inſertio.
286. Vlnaris internus.
287. Vlna.
288. Radius.
289. Membrana interoſſea cubiti.
290. Supinator breuis.
291. Supinator longus.
292. Tendo Radialis interni, reclinatus.
293. Pronator quadratus.
294. Tendo Flexoris longi pollicis reclinatus.
295. Tendo Sublimis et Lumbricalis reclinatus. (Iidem tendines in reliquis digitis numeris notati non ſunt).
296. 297. 298. 299. Tendines Profundi.
300. Ligamenta inter capitula oſſium metacarpi.
301. Abductor indicis. (Interoſſei numeris notati non ſunt).
302. *Arteria axillaris ſiniſtra.*
303. 303. Rami ad Subſcapularem.
304. *Art. acromialis*, reſecta.
305. *Art. ſubſcapularis.*
306. Rami ad Subſcapularem.
307. Truncus arteriae ſubſcapularis ad dorſum reflexus.
308. *Arteria circumflexa anterior humeri.*
309. Rami ad caput humeri.
* *Arteria brachialis* ſeu continuatio arteriae axillaris.
310. *Arteria humeri profunda.*
311. *Art. circumflexa poſterior humeri.*
312. 313. 314. Rami ex arteria profunda ad Anconaeum internum et longum.
315. Ramus ad Brachialem internum.
316. Ramus ad perioſteum humeri, ſ. *arteria nutritia humeri.*
317. Surculus anaſtomoticus cum arteria circumflexa anteriori (308).
318. Continuatio trunci arteriae humeri profundae, quae ad dorſum circumflectitur.

319. Eadem hic emergens ſub nomine *arteriae collateralis radialis primariae.*
320. Anaſtomoſis huius arteriae cum ramo arteriae recurrentis radialis.
321. *Arteria collateralis vlnaris primaria.*
322. Ramulus ad Anconaeum longum.
323. Alius ad cutem.
324. Ramus ad Bicipitem et Brachialem internum reſectus.
325. Anaſtomoſis cum ramo arteriae recurrentis vlnaris.
326. *Arteria collateralis radialis ſecundaria.*
327. Anaſtomoſis cum art. recurrente radiali.
328. Ramuli arteriae brachialis ad perioſteum.
329. *Art. collateralis vlnaris ſecundaria.*
330. Ramus ad Anconaeum longum.
331. Rami ad perioſteum.
332. Anaſtomoſis cum art. recurrente vlnari (344).
333. *Art. recurrens radialis.*
334. Ramus anaſtomoticus cum arteria collaterali radiali primaria (319).
335. Ramulus anaſtomoticus cum art. collaterali radiali ſecundaria (326).
336. 337. Surculi cutanei.
338. Ramus ad Supinatorem breuem.
339. *Arteria radialis.*
340. Ramuli ad Supinatorem breuem et cutem.
341. Ramulus anaſtomoticus cum arteria interoſſea.
342. *Truncus communis arteriae vlnaris et interoſſeae.*
343. Ramus ad membranam capſularem cubiti et ad perioſteum, cuius ſurculi confluunt cum ramulis (331) arteriae collateralis vlnaris ſecundariae ad perioſteum euntibus.
344. *Arteria recurrens vlnaris.*
345. Ramus anaſtomoticus cum arteria collaterali vlnari ſecundaria (329).
346. Ramus anaſtomoticus cum arteria collaterali vlnari primaria (321).
347. Ramus ad perioſteum vlnae.
348. *Arteria interoſſea.*
349. Ramus ad vlnam et articulationem.
350. *Arteria perforans ſuprema cubiti.*
351. 352. Rami ad radium.
353. *Art. nutritia radii.*
354. *Art. nutritia vlnae.*
355. 356. Rami ad vlnam.
357. Ramus radialis arteriae interoſſeae inoſculatus ramulo arteriae radialis (341.)
358. Ramus vlnaris arteriae interoſſeae confluens cum ramulo arteriae vlnaris (361).
359. *Arteriae vlnaris* truncus.
360. Ramus huius arteriae ad imam vlnam.
361. Ramulus anaſtomoticus cum interoſſea (358).
362. Arcus ab arteria radiali et vlnari factus accedente ramulo arteriae interoſſeae.
363. *Ramus dorſalis arteriae vlnaris,* reſciſſus.
364. *Ramus volaris arteriae vlnaris.*
365. Ramulus cutaneus.
366. Altera radix Arteriae profundae volae, nata ab vlnari.
367. Arteriae vlnaris digiti minimi radix ab arteria profunda volae.
368. *Vlnaris digiti minimi.*
369. *Arcus vnguicularis digiti minimi.*
370. Trunculus reſectus arteriae a ſuperficiali volae.
371. Ramus ad digitum tertium et quartum bifurcatus.
372. Arteria perforans ſuperior interualli tertii.
373. *Interoſſea quarta.*
374. *Interoſſea tertia.*
375. Ramus retrogradus carpi.
376. Surculus eius radialis.
377. Surculus vlnaris.
*378. *Interoſſea ſecunda.*
*Perforantes interualli ſecundi.
379. Perforans prima ſuperior.
380. Interoſſea et digitalis digiti indicis et medii.
381. *Interoſſea prima.*
a. Ramus metacarpeus.
b. Ramus inſertus arteriae radiali indicis.
c. d. Rami perforantes.
382. *Ramus volaris arteriae radialis.*
383. *Ramus dorſalis* eiusdem arteriae.
384. Idem ramus dorſalis in volam redeuns.
385. *Arcus volaris profundus* ſeu anaſtomoſis rami dorſalis arteriae radialis (384) cum vlnari (366).
386. Ramus pollicaris arteriae radialis ſubcutaneae.
387. Eius ramus ad indicis arteriam radialem euns.
388. Arteria a dorſalibus in pollicarem inſerta.

389. *Arteria radialis pollicis.*
390. *Arcus vnguicularis pollicis.*
391. *Art. vlnaris pollicis.*
392. Concurſus arteriae radialis ad pollicarem conficiendam.
393. Reliquiae arcus volaris ſuperficialis.
394. *Arteria radialis indicis.*
395. *Art. vlnaris eiusdem digiti.*
396. *Arcus vnguicularis indicis.* (Hae arteriae reliquorum digitorum numeris notatae non ſunt, quia per ſe intelliguntur).

Regio sexta: *Abdomen, peluis et oſſa ilium.*

397. Ren dexter.
398. Ren ſiniſter.
399. Capſula ſuprarenalis dextra.
400. — — — — — — ſiniſtra.
401. Transuerſus abdominis dexter.
402. — — — — — — — — ſiniſter.
403. Quadratus lumborum dexter.
404. — — — — — — ſiniſter.
405. Pſoas maior ſiniſter.
406. Vreter dexter.
407. Vreter ſiniſter.
408. Inteſtinum rectum.
409. Veſica vrinaria reclinata.
410. Iliacus internus dexter.
411. — — — — — ſiniſter.
412. Spina anterior ſuperior criſtae oſſis ilium dextri.
413. Eadem ſpina oſſis ilium ſiniſtri.
414. Particula nuda oſſis pubis.
415. Penis cute nudatus.
416. *Arteria coeliaca.*
417. *Art. hepatica.*
418. *Art. coronaria ventriculi.*
419. *Art. lienalis.*
420. *Art. phrenica inferior ſiniſtra.*
421. *Art. meſenterica ſuperior.*
422. *Art. ſuprarenalis ſiniſtra media.*
423. *Art. renalis ſiniſtra.*
424. *Arteriae ſuprarenales inferiores ſiniſtrae.*
425. Alia ſuprarenalis inferior ex aorta.
426. *Art. renalis dextra ſuperior.*
427. — — — — *inferior.*
428. Arteriae ſuprarenales inferiores dextrae.
429. Rami adipoſi renis.
430. *Art. phrenica inferior dextra.*
431. 431. Arteriae intercoſtalis vndecimae rami ad Transuerſum abdominis.
432. Rami eius ad adipem renalem.
433. 433. *Art. lumbalis prima.*
434. Rami eius ad adipem renalem, in dextro latere.
435. *Art. lumbalis dextra ſecunda.*
436. Eadem lumbalis ſiniſtra.
437. *Lumbalis dextra tertia.*
438. Eadem lumbalis ſiniſtri lateris.
439. Rami huius lumbalis ad Quadratum lumborum.
440. 440. *Lumbalis dextra quarta.*
441. 441. Eadem ſiniſtri lateris.
442. Ramus ſpinalis lumbalis dextrae quartae.
443. *Lumbalis dextra quinta*, ex arteria ſacra media nata.
444. Eadem ſiniſtri lateris.
445. Rami ſpinales lumbalis dextrae quintae.
446. *Art. ſacra media* in duos ramos diuiſa.
447. Ramulus ad inteſtinum rectum decurrens.
448. *Arteria ſpermatica interna dextra.*
449. Ramus vretericus inoſculatus cum ramo arteriae vmbilicalis (465).
450. *Spermatica interna ſiniſtra.*
451. Ramus eius vretericus.
452. *Art. meſenterica inferior.*
453. Ramus eius ad inteſtinum rectum, ſeu *Art. haemorrhoidalis interna.*
454. *Art. iliaca dextra.*
455. *Art. iliaca ſiniſtra.*
456. *Art. hypogaſtrica dextra.*
457. *Art. ileolumbalis dextra.*
458. Ramus eius in foramen lumbale quintum penetrans et cum ramo lumbalis quintae communicans.
459. *Art. obturatoria.*
460. Ramus eius ad Iliacum internum.
461. *Art. glutaea.*
462. Ramus nutritius ilium.
463. *Art. iſchiadica.*
464. *Art. vmbilicalis.*
465. Ramus anaſtomoticus cum vreterica. (449.)
466. Rami veſicales.
467. *Art. hypogaſtrica ſiniſtra.*
468. *Art. cruralis.*
469. *Art. abdominalis* dextri lateris.
470. Ramus ad Obliquum internum abdominis.

471. Ra-

471. Ramus ad Iliacum internum et Transuerſum abdominis.
472. *Art. epigaſtrica* dextri lateris.
473. Truncus refectus a muſculis abdominis.
474. *Arteria coronaria oſſium pubis.*
475. *Art. ſpermatica externa.*
476. *Art. dorſalis penis.*
477. Anaſtomoſis cum pudenda externa (503.)
478. *Art. abdominalis* ſiniſtri lateris.
479. Ramus ad originem Sartorii et Recti femoris.
480. Rami ad muſculos abdominales.
481. Ramus ad Iliacum internum.

Regio septima: *Femur dextrum.*

482. Glutaeus medius.
483. Tenſor vaginae femoris.
484. Vaginae femoris pars.
485. Sartorius.
486. Rectus femoris.
487. Vaſtus externus.
488. Vaſtus internus.
489. Inſertio Iliaci interni et Pſoae maioris.
490. Pectineus.
491. Gracilis.
492. Adductor longus.
493. — — — breuis.
494. — — — magnus.
495. Semimembranoſus.
496. Patella.
497. Condylus internus femoris.
498. Ramus ad Iliacum internum et Pectineum.
499. Ramus ad Vaſtum externum.
500. Ramus alius ad Iliacum internum et Pectineum inoſculatus ramo 498.
501. *Art. pudenda externa inferior.*
502. Ramuli ad glandulas inguinales.
503. Rami ad ſcrotum et penem.
504. *Art. circumflexa femoris externa.*
505. Ramus adſcendens verſus originem Recti femoris.
506. Rami ad Sartorium.
507. Ramus ad vaginam femoris.
508. 508. Ramus ad Rectum ac Vaſtum externum et ad vaginam femoris.
509. Ramus ad Rectum et Vaſtum internum.
510. *Art. profunda femoris.*
511. Ramus ad Adductorem longum et breuem.
512. Ramus ad Pectineum et Adductores.
513. *Art. pudenda ex... ferior.*
514. Anaſtomoſis cum arteriae circumflexae internae ramulo, per muſculum gracilem ad ſcrotum veniente.
515. Ramus ad Adductores et Gracilem.
516. Cruralis ramus ad Gracilem.
517. Ramus ad Vaſtum internum.
518. Arteria cruralis tecta Adductore longo.
519. Ramus ad Vaſtum internum.
520—22. Rami ad Sartorium, Semimembranoſum, Gracilem.
523. Rami ad Vaſtum internum.
524. Ramulus ad perioſteum condyli interni.
525. Ramus ad articulationem genu et ad eundem condylum.
526. Ramus deſcendens ad patellam.
527. Rete articulare genu, quod variorum ramorum concurſu formatur.

Regio octava: *Femur ſiniſtrum*, cujus primi ſub cute muſculi refecti ſunt.

528. Sartorius.
529. Rectus femoris.
* Nudum os femoris.
530. Trochanter minor, cui inſeritur tendo communis Iliaci interni et Pſoae maioris.
531. Adductor magnus.
532. Semimembranoſus.
533. Vaſtus internus.
534. — — externus.
535. Vagina femoris.
536. Pars inferior Recti.
537. Glutaeus medius.
538. Patella.
539. Tendo Sartorii.
540. *Arteria cruralis*, reſecta.
541. Ramulus ad glandulam inguinalem.
542. *Art. femoris profunda.*
543. *Arteria circumflexa femoris externa.*
544. Ramus eius ſuperior.
545. Ramuli Vaſto externo tecti ad hunc muſculum et ad perioſteum abeuntes.
546. Ramus ad vaginam femoris.
547. Surculi, qui, perforata illa vagina ad Glutaeum medium transeunt.
548. Ramulus ad Vaſtum externum.
549. Ramus ad Vaſtum internum.
550. Ramus inferior Arteriae circumflexae externae (543.)
551. Surculus cutaneus abſciſſus.

552. Ramus ad Vaſtum externum et vaginam femoris.
553. Ramus ad Vaſtum internum.
554. *Art. pudenda externa*, reſecta.
555. Ramus ad Vaſtum internum.
556. *Art. circumflexa femoris interna*.
557. Rami ad articulum femoris.
558. Rami ad Adductorem magnum.
559. Continuatio trunci arteriae circumflexae internae (556.)
560. Ramuli ex Arteria profunda femoris ad perioſteum et trochanterem minorem.
561. *Art. perforans prima.*
562. Ramus ad Adductorem magnum et Semimembranoſum.
563. Ramus ad Vaſtum internum.
564. *Art. perforans ſecunda.*
565. *Art. perforans tertia.*
566. Ramus ad neruum iſchiadicum.
567. Ramus ad Semimembranoſum.
568. *Art. nutritia femoris.*
569. 570. Rami ad Vaſtum internum.
571. Ramulus ad patellam vsque decurrens, anaſtomoticus cum arteriis articularibus genu.
572. Truncus arteriae cruralis reſectus.

Regio nona: *Dextrum crus cute nudatum cum pede.*

573. Tibia nuda.
574. Ligamentum patellae.
575. Gaſtrocnemii cum Soleo.
576. Tendo Achillis.
577. Flexor longus pollicis.
578. Flexor longus digitorum pedis.
579. Tendo eius.
580. Tibialis poſtici tendo.
581. Abductor pollicis.
582. Tibialis antici tendo.
583. Extenſoris longi pollicis tendo. (Extenſores digitorum numeris notati non ſunt.)
584. *Arteriae articularis internae inferioris ramus.*
585. Anaſtomoſis cum rete articulari genu (527.)
586. Ramuli ad perioſteum tibiae.
587. Ramulus anaſtomoticus arteriae tibialis anticae.
588. Ramus ab arteria tibiali poſtica adueniens.
589. Surculus adſcendens ad perioſteum tibiae.
590. 591. Alii rami arteriae tibialis poſticae.
592. Surculi ad tendinem Achillis.
593. Ramus longus anaſtomoticus cum trunco arteriae tibialis poſticae.
594. Ramus arteriae tibialis poſticae ad perioſteum tibiae.
595. Ramulus ſubcutaneus arteriae popliteae.
596. 597. Anaſtomoſes eius cum ramulis arteriae tibialis poſticae.
598. Anaſtomoſis eius cum ramo arteriae articularis internae (584.)
599. Ramuli ad Gaſtrocnemios.
600. *Art. tibialis poſtica.*
601. Rami eius ad calcaneum.
602. Truncus ſe abſcondens.
603. 603. *Art. tibialis antica.*
604. Ramus eius tarſeus.
605. Anaſtomoſis cum arteria peronea anteriori.
606. Ramus arteriae peroneae anterioris.
607. Ramus ad metatarſum pollicis.
608. Ramus digitalis internus pollicis.
609. Ramus communicans cum arteria plantari interna.
610. Rami arteriae tibialis anticae ad dorſum pedis, obiter expreſſi.

Regio decima: *Crus ſiniſtrum cum pede*, remotis primis muſculis.

611. 611. Tibia.
612. 612. Fibula.
613. Ligamentum patellae.
614. Talus.
615. Os nauiculare.
616. Os cuneiforme primum.
617. — — — ſecundum.
618. — — — tertium.
619. – cuboideum.
620. Calcaneus.
621. Gaſtrocnemii.
622. Tibialis anticus.
623. Extenſor longus pollicis.
624. Extenſor communis digitorum reſectus.
625. Pars Peronei longi.
626. Membrana interoſſea cruris.
627. *Art. tibialis antica.*
628. Ramus ad ligamentum patellae et condylum externum.
629. *Ramus recurrens tibialis.*
630. Anaſtomoſis cum

631. Ra-

631. Ramo arteriae articularis internae inferioris.

* Ramulus anaſtomoticus accedens ex arteria tibiali poſtica.

632. Ramus arteriae tibialis ad Tibialem anticum, Extenſorem digitorum et fibulam.

633. 634. Alii rami ad Tibialem anticum.

635. 636. 637. Rami ad perioſteum tibiae.

638. 639. Rami ad Extenſorem communem et fibulam.

640. Ramus ad perioſteum fibulae.

641. 641. *Arteria tarſea*, maior.

642. Ramus circumflexus occurrens arteriae peroneae.

643. *Arteria malleolaris externa*, quae cum alia minori et inferiori confluit.

644. Ramuli ad foueam tarſi.

645. Anaſtomoſis cum art. tarſea minori (649.)

646. *Arteria malleolaris interna.*

647. Alia, minor, cum priori confluens.

648. Ramuli minores qui rete faciunt in tarſo.

649. Arteria tarſea minor.

650. Ramus oſſis nauicularis.

651. Surculus circa os nauiculare ad plantam pedis flexus.

652. *Art. metatarſea.*

653. *Arcus dorſalis pedis.*

654. *Interoſſea interualli primi.*

655. *Interoſſea interualli ſecundi.*

656. Arcus circa finem metatarſi.

657. *Art. perforans prima.*

658. *Art. perforans ſecunda.*

659. *Art. perforans tertia.*

660. Ramulus ad plantam flexus.

661. *Interoſſea interualli tertii*, in duos ramos diuiſa.

662. *Interoſſea interualli quarti.*

663. Arcus circa finem metatarſi. (Arteriae digitales minores numeris notatae non ſunt.)

664. Ramus arteriae tibialis ad plantam deſcendens.

665. Art. pollicis.

666. 667. Rami circumflexi.

668. Arcus circa finem metatarſi.

669. Art. plantaris pollicis interna.

670. — — — — — externa.

671. Art. dorſalis pollicis.

EXPLICATIO
TABVLAE XCII.

Arteriae totius corporis poſteriores.

Halleri Icon. anat. Faſc. VIII. Tab. II.

Latus ſiniſtrum habet muſculos pleroſque cuti ſubiectos, natibus exceptis, de quibus Glutaeus maximus remotus eſt. Latus dextrum habet muſculos profundos, qui prioribus remotis ſuccedunt, nec non profundiores ſtrati tertii et nuda demum oſſa.

Regio prima: *Ceruix*, a capite ad ſcapulas vsque.

1. Splenius capitis.
2. Sternocleidomaſtoideus.
3. 4. Retrahentes auriculae.
5. Leuator ſcapulae.
6. 6. Cucullaris.
7. Splenius colli.
8. Serratus poſticus ſuperior.
9. Transuerſalis ceruicis.
10. Pars Complexi.
11. Rectus minor capitis.
12. — — maior.
13. Obliquus ſuperior capitis.
14. — — inferior.
15. Trachelomaſtoideus.
16. Ceruicalis deſcendens.
17. Tuberculum poſterius atlantis.
18. Proceſſus transuerſus atlantis.
19. — - — — — epiſtrophei.
20. — — ſpinoſi vertebrarum inferiorum colli.
21. Parotis.
22. 23. 24. Glandulae aliquot lymphaticae ceruicis.
25. Vena jugularis.

In ſiniſtro latere.

26. *Arteria occipitalis* ex ſummo Splenio exiens.
27. Ramus circumlegens originem Sternocleidomaſtoidei.
28. Alius ramus profundior.
29. *Arteriae auricularis* ramus temporalis.
30. Eiusdem arteriae ramus auricularis.
31. *Arteria ceruicalis adſcendens.*
32. Surculus eius ad clauiculam.
33. Ramus ſubcutaneus ad Splenium capitis tendens.
34. Ramulus ad glandulas.
35. Ramus profundior.
36. Ramorum profundiorum ſurculi ex Splenio erumpentes.
37. Ramus arteriae ceruicalis profundae legens oram Complexi et inſertus ramo arteriae occipitalis (26.)
38. *Art. dorſalis ſcapulae.*
39. Ramus eius.
40. Surculus ad clauiculae et ſcapulae confinia tendens.
41. Surculus ad ſedem Supraſpinati et principium ſpinae ſcapulae.
42. Surculus ad Leuatorem Scapulae et Splenios.

43. Sur-

43. Surculus, qui perforato Leuatore ſcapulae Splenios adit.
44. Surculus profundior, tectus Serrato poſtico ſuperiori, ad Tranſuerſalem ceruicis et Splenios migrans.

In dextro latere.

45. *Arteria occipitalis.*
46. Ramus eius profundior.
47. Ramus ad Obliquum ſuperiorem.
48. 48. Ramus Recto maiori tectus iens ad minorem.
49. Ramus ad Obliquum inferiorem.
50. Ramus ad perioſteum atlantis.
51. Alius ramus arteriae occipitalis ad Trachelomaſtoideum.
52. Alius ramus huius arteriae ad duram meningem.
53. Ramus profundior ad pericranium.
54. Arcus occipitis inoſculatus ſimili ramo lateris oppoſiti.
55. Ramus ad Rectos capitis.
56. *Arteriae thyreoideae* ramus adſcendens.
57. Ramus ad ceruicem.
58. Anaſtomoſis eius cum arcu occipitis (54.)
59. *Arteria ceruicalis profunda* a ſubclauia.
60. 60. Rami ad Complexum.
61. 61. Rami ad Semiſpinalem ceruicis.
62. Ramus ad Obliquos et ad Rectum maiorem capitis.
63. Ramulus ex arteria occipitali ad Splenium capitis erumpens.
64. *Arteria transuerſa ſcapulae.*
65. Ramus ad Semiſpinalem ceruicis, tectus Serrato poſtico ſuperiori.
66. 66. Rami abſciſſi ad Leuatorem ſcapulae, Splenium colli etc. Abſciſſa quoque dorſalis ſcapulae.

Regio secunda: *Dorſum et ſcapulae.*

67. Supraſpinatus.
68. Cucullaris pars ſpinae ſcapulae adhaerens reclinata.
69. Rhomboidei reclinati.
70. Infraſpinatus.
71. Teres maior.
72. Serratus magnus.
73. Longiſſimus dorſi.
74. Sacrolumbalis.
75. Obliquus externus abdominis.
76. 76. Obliquus internus abdominis.
77. Sedes renis.
78. 78. 78. Tres inſertiones Serrati poſtici inferioris.
79. 79. Leuatores coſtarum breues.
80. Semiſpinalis ceruicis.
81. Scapula nuda.
82. Clauicula.
83. Glandulae alares ſ. axillares.
84. Multifidus ſpinae.
85. Quadratus lumborum.
86—95. Coſta tertia, quarta etc.

Vaſa lateris ſiniſtri.

96. Arteria dorſalis ſcapulae, ſecundum baſin ſcapulae deſcendens.
97. 97. Rami ad Serratum poſticum ſuperiorem.
98. 98. 98. Rami ad Rhomboideos.
99. 99. Rami ad Cucullarem, Rhomboideo perforato.
100. Anaſtomoſis cum arteria intercoſtali ſeptima.
101. Ramus *arteriae intercoſtalis ſextae* ad Rhomboideos et Serratum magnum emergens.
102. *Arteriae intercoſtalis ſeptimae* ramus.
103. Surculi ad Latiſſimum dorſi decurrentes.
104. *Art. intercoſtalis octauae* ramus emergens.
105. Similis ramus *arteriae intercoſtalis nonae*.
106. Ramulus eius ad Longiſſimum dorſi.
107. Ramulus ad Latiſſimum dorſi.
108. *Arteriae intercoſtalis decimae* ramus emergens.
109. Ramulus ad Longiſſimum dorſi.
110. Ramulus ad Latiſſimum.
111. *Arteriae intercoſtalis vndecimae* ramus emergens.
112. Surculus ad Longiſſimum.
113. Surculus ad Latiſſimum.
114. *Arteriae intercoſtalis duodecimae* ramulus ad adipem renalem et Sacrolumbalem.
115. *Arteriae lumbalis primae* ramus Obliquo interno ſeſe immergens.
116. Ramus ad Obliquum externum.
117. Alius, perforato Obliquo externo ad cutem iens.
118. *Arteriae lumbalis ſecundae* ramus ad Obliquum internum et Sacrolumbalem.

119. *Arteriae lumbalis tertiae* ramus ad ventrem communem Sacrolumbalis et Longiſſimi dorſi.
120. *Arteriae intercoſtalis vndecimae* ramus emergens, ad cutem iens.
121. Decimae ſimilis ramus.
122. Similis nonae.
123. Similis ſeptimae.
124. Intercoſtalis ſeptimae ramus ad Longiſſimum dorſi.
125. Similis ramus octauae ad eundem muſculum.
126. Similis nonae.
127. Ramuli perforato Longiſſimo emergentes ad Latiſſimum dorſi.
128. 128. Ramuli a ſede proceſſuum ſpinoſorum emergentes ad Multifidum ſpinae ac Latiſſimum dorſi et cutem.

Vaſa lateris dextri.

129. *Arteriae intercoſtalis ſecundae* ramus.
130. *Arteria intercoſtalis tertia.*
131. — — — — *quarta.*
132. — — — — *quinta.*
133. — — — — *ſexta.*
134. Ramus ſuperior.
135. Ramus inferior.
136. Anaſtomoſis vtriusque.
137. *Arteria intercoſtalis ſeptima.*
138. Ramus ſuperior, ex quo varii ramuli muſculares exeunt, qui numeris notati non ſunt.
139. Ramus inferior.
140. Anaſtomoſis.
141. *Art. intercoſtalis octaua.* (Rami ex prioribus facile cognoſcuntur).
142. *Art. intercoſtalis nona.*
143. — — — — *decima.*
144. — — — — *vndecima.*
145. — — — — *duodecima.*
146. — *lumbalis prima.*
147. 147. Anaſtomoſes inter ramos arteriarum intercoſtalium.
148. Ramus ab arteria ceruicali profunda ad Semiſpinalem ceruicis et Tracheloma-ſtoideum.
149. Similis ramus arteriae intercoſtalis primae.
150. — — — — — ſecundae.
151. Ramus ab arteria intercoſtali tertia ad Multifidum ſpinae.
152. Similis ramus a quarta ad Multifidum ſpinae et ad Longiſſimum dorſi.
153—160. Similis ramus arteriae intercoſtalis quintae, ſextae, ſeptimae, octauae, nonae, decimae, vndecimae, duodecimae.
161—164. Similis ramus arteriae lumbalis primae, ſecundae, tertiae, quartae.
165. Ramus arteriae lumbalis quartae, perforans Quadratum lumborum et ad os ilium migrans.
166. Ramus lumbalis tertiae, perforans illum muſculum.
16. Lumen reſectae ad baſin arteriae pulmonalis.
17. 18. Cornua ſeu termini vtrinque valuulae ſemilunaris dextrae arteriae pulmonalis. Vt fere maior valuulae pars poſteriori, minor anteriori, baſis arteriae lateri ſua baſi inſideat.
17. Sedes cornu anterioris valuulae dextrae, ſeu noduli inter valuulam dextram et anteriorem.
18. Sedes cornu poſterioris valuulae dextrae, ſeu noduli inter valuulam dextram et poſteriorem.
19. 17. Sedes valuulae anterioris.
19. Sedes cornu ſiniſtri valuulae anterioris, ſeu noduli inter valuulam anteriorem et poſteriorem. 17. ſedes cornu dextri valuulae

uulae anterioris, aut noduli inter ante-
riorem et dextram.

18. 19. Valuulae poſterioris ſedes.

18. Sedes cornu dextri valuulae poſterioris ſeu noduli inter valuulam poſteriorem, et dextram. 19. ſedes cornu ſiniſtri valvulae poſterioris, ſeu noduli inter valvulam anteriorem et poſteriorem.

Valuula ergo anterior tota parieti arteriae anteriori, poſterior tota poſteriori, dextra lateri dextro, partimque anteriori, partim poſteriori, parieti adhaeret.

20. Portio minor funis adplicati (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 114.), quae retro baſin coni ad columnam triangularem tranſit, et ſpeluncam vna cum cono in ſitu naturali et cum maiori portione funis efficit. (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 115.). Oritur a columna triangulari, vltimumque efficit funem.

21. Orificium pro primo ramo arteriae coronariae ſiniſtrae in hac portione funis. (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 116.)

22. Baſis coni arterioſi in latere ſiniſtro. (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 45.)

23. 25. 30. 42. Conus arterioſus reflexus, totus liber in hoc corde, et ſeparatus a ſepto.

23. Apex coni in latere ſiniſtro.

25. Baſis in eodem, qua portioni minori funis adplicati adhaeret.

23. 25. Latus coni reflexi ſiniſtrum, liberum ad baſin ſeu inſertionem fibrae circumflexae (25.) vsque.

23. 25. 75. 77. 26. 24. Fibrae circumflexae ſiniſtrae in poſteriori coni ſuperficie.

23. 25. 75. 76. 77. Fibrae circumflexae ſiniſtrae, quae a latere anteriori baſeos arteriae pulmonalis eiusque angulo ſiniſtro oriuntur (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 42. 43. 3. 4.), circa latus ſiniſtrum coni in hoc corde flectuntur (23. 25. Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 3. 4.) in ſuperficiem eius poſteriorem, in eaque porro oblique deſcendunt; cum ad ipſum coni marginem (23. 25.) in aliis cordibus hae fibrae finiantur, inſertae in crenam.

23. 77. Fibra ex ipſo angulo baſeos arteriae pulmonalis ſiniſtro orta, in ſitu naturali vix adparens, ideoque in icone non expreſſa (Tab. CXIV. Fig. 2. ad Num. 3.). Quae in aliis cordibus prima circumflexa ſiniſtra, omniumque breuiſſima eſt, et in ſupremam partem crenae, eiusque ipſum principium inſeritur. Quae ergo in hoc corde longa ad ſuperficiem poſteriorem coni deſcendit in eademque (77.) inſeritur.

78. 76. Fibra (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 3.) in aliis cordibus ſecunda, in crenam inſerta, quae in hoc circa conum flexa in eius ſuperficie poſteriori inſeritur (76.).

25. 78. Reliquae fibrae, in anteriori ſuperficie coni a baſi arteriae pulmonalis ortae, circa conum flexae, et in poſteriori eius ſuperficie inſertae (75. 76.).

25. 25. Vltima harum fibrarum, (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 43. 4.) pariter in poſteriorem ſuperficiem flexa, in eaque breuiſſima, quae in anteriori longiſſima fuit.

23. 24. 26. 77. Prioribus additae in hoc corde fibrae, a parte ſiniſteriori parietis poſterioris baſeos arteriae pulmonalis ortae, juxta priores (77. 26.) inſertae, in pariete anteriori plane non adparentes.

26. 77. 76. 75. Linea inſertionis circumflexarum ſiniſtrarum in pariete coni poſteriori.

26. 27. 28. 29. 30. 26. 31. 32. 33. Pulmonalis poſterior, ſeu Circumflexus dexter ſuperior (Tab. CXIII. Fig. 2. Num. 58.).

26. 27. 28. 29. 30. Solita portio longior huius muſculi, a baſi arteriae pulmonalis poſterius orta, circumflexa in anteriorem ſuperficiem. (Tab. CXIII. Fig. 2. Num. 57. 58. 59. 62.)

26. 31. 32. 33. Eadem, quae in aliis cordibus portio breuior, orta a foſſa triangulari, ad Aorticum minorem adplicata (Tab. CXIII. Fig. 2. Num. 58. 59. 11.), quae maxima parte fibrarum ad Aorticum pariter ſe adplicat quidem (32.), alias tamen fibras (33.) ad marginem baſilarem et in ſuperficiem ſuperiorem mittit, longiori portioni adiunctas.

34. 35. 36. Portio ſingularis carnea in hoc corde, quae videtur ad Aorticum referenda eſſe, orta ab aorta, producta ad mar-

marginem baſilarem, adiuncta Aortico maiori.

34. Principium huius portionis ab aorta.

35. Portio eius minor ad Aorticum maiorem adplicata.

36. Eius continuatio, qua tota portio circa conum flectitur.

37. Portio carnea in hoc corde, qua Aorticus minor (39.) cum portione Circumflexi in hoc corde (34.) coniungitur.

38. Foueola, quae longior, fiſſurae inſtar, in aliis cordibus frequentius adeſt, et quae ramulum ab arteria coronaria recipere ſolet.

39. Aorticus minor conſtantiſſimus. (Tab. CXIII. Fig. 2. Num. 60.)

40. 41. 42. 43. Aorticus maior, aeque conſtans. (Tab. CXIII. Fig. 2. Num. 61. 61. 62. 63. 64. 64.)

40. Eius principium ab angulo baſeos aortae dextro. (Tab. CXIII. Fig. 2. Num. 61.)

41. 42. Terminus inter eum muſculum et faſciam infundibuli magnam in principio (41.) et margine baſilari (42.).

43. Terminus inter Aorticum ſeu Circumflexum inferiorem et ſuperiorem.

44. 45. 41. 42. Portio baſilaris faſciae magnae infundibuli (Tab. CXIII. Fig. 2. Num. 65. 64. 65. 65.).

44. 45. Terminus inter faſciam infundibuli et faſciam angularem in hac parte baſilari.

46. Portio baſilaris fibrarum angularium ſiue faſciae angularis.

47. Crena baſilaris, quae conſtanter reperitur. Incipit haec a foſſula, ſeu fiſſura (38.), continuat per apicem Aortici minoris, per medium porro Aorticum maiorem et faſciam infundibuli in corde vtroque.

47. 48. 49. 50. 51. 52. Primae fibrae ordinis ſecundi, ſeu funiculi tenues. (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 94. 94. 95. 96. 97. 98. Tab. CXV. Fig. 2. Num. 60. 61. Tab. CXIII. Fig. 1. Num. 107. 108. 109. 110.)

53. 54. Fibrae longitudinales interſtitii.

55. 56. 57. 62. 63. Funis magnus ſiue laceratus (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 99. 100. 102. 103. 104. Tab. CXIII. Fig. 1. Num. 112. 115.).

55. Portio funiculi lacerati in hoc corde minor (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 100. 102. Tab. CXIII. Fig. 1. Num. 112.).

56. Interſtitium magnum fibris tenuioribus repletum.

57. Portio maior (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 99. (Tab. CXIII. Fig. 1. N. 115.)

58. Ramus anaſtomoticus (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 101.)

59. Foueola, fibrillis nectentibus repleta.

60. Ramulus anaſtomoticus.

61. Interſtitium, fibrillis ſolitis nectentibus repletum.

62. Ramus huius portionis maioris primus (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 103.)

63. Secundus ramus eiusdem portionis (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 104.)

64. Interſtitium, ſolitis fibrillis transuerſis profundis repletum.

65. Fibrae in hoc corde primum inter funes viſae, transuerſae ſuperficiales. (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 107.)

66. Interſtitium, fibris longitudinalibus repletum.

67. Funis ramificatus (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 108. (Tab. CXIII. Fig. 1. N. 118. 119. 120.)

68. 69. Eius rami (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 109. 110.).

70. Interſtitium ſolitis fibrillis repletum.

71. Fibrillae ſuperficiales, in faſciculos collectae. (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 112.)

72. 20. Funis adplicatus. (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 113. 114. Tab. CXIII. Fig. 1. N. 129. 130. 131.)

73. 74. Huius funis rami. (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 118. 119.)

72. Eius portio maior in hoc corde, 20. portio minor.

75. Similes fibrillae nectentes.

76. Columna triangularis ſolita.

77. Solita foſſa triangularis.

78. Principium portionis minoris funis adplicati.

79. Repetita columna triangularis: varietas in hoc corde.

80. Foſſula triangularis repetita: ſimilis varietas.

Fig.

Fig. 2. *Eiusdem cordis* (*Tab.* CXIV. *Fig.* 2. *et* CXV. *Fig.* 1.) *fibrae externae in ſuperficie inferiori. Ventriculi ſiniſtri apex, paulisper in ſuperficiem repraeſentatam retractus, vt centrum commune ſocorum extremitatesque funiculorum procurrentium cum aliqua parte fibrarum, in illos inſertarum* (71. 123. 76.) *adpareant.*

Wolff l. c. Tom. III. Tab. VI.

1. Ventriculus ſiniſter.
2. Dexter.
3. Stria, fibris facta ſuperficialibus, ſuperſtratis, paſſim inter ſe confluentibus, (Tab. CXIV. Fig. 1. N. 4. 3.)
4. 5. 6. 7. Sinus ſiniſter. Eius paries poſterior.
4. Margo ſiniſter ſeu latus ſiniſtrum, (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 32. auricula in ſitum naturalem reflexa.)
5. Regio inſertionis venae cauae inferioris orificio ſuo ſiniſtro, nunc obturato.
6. Baſis parietis poſterioris, qua filo cartilagineo poſteriori ſiniſtro inſidet.
7. Margo ſeu ſuperficies puluinata, ſuperior.
8. Vena pulmonalis ſiniſtra anterior.
9. Vena pulmonalis ſiniſtra poſterior.
10. Vena pulmonalis dextra anterior.
11. Vena pulm. dextra poſterior.
12. Sinus dexter. Eius latus dextrum.
13. Parietis poſterioris baſis, qua filo inſidet ſinus cartilagineo poſteriori dextro.
14. Vena caua inferior.
15. Vena caua ſuperior.
16. 16. Arteria pulmonalis ſiniſtra.
17. Arteria pulmonalis dextra.
18. Pars arcus aortae, bifurcationi arteriae pulmonalis interpoſita.
19. Arcus aortae.
20. Arteria innominata.
21. Arteria ſubclauia dextra.
22. Carotis dextra.
23. Carotis ſiniſtra.
24. Arteria ſubclauia ſiniſtra.
25. Spelunca poſterior, ſeu apertura poſterior canalis inter ſinum dextrum et ſiniſtrum. (Tab. CXIV. Fig. 1. Num. 52.)
26. Truncus filorum cartilagineorum poſteriorum. (Tab. CXIV. Fig. 1. N. 51.)
27. Filum cartilagineum poſterius ſiniſtrum (Tab. CXIV. Fig. 1. N. 46.)
28. Filum cartilagineum poſterius dextrum (Tab. CXIV. Fig. 1. N. 49.)
29. Fibra ſtriae a parte dexteriori prima, prorſus in hoc corde a ceteris ſeparata, nec obſcure naturam indicans harum fibrarum. Oritur a filo cartilagineo poſteriori dextro. Superſtrata proximis fibris ventriculi dextri (128. 129. 32. 134.), vt facile ab iis ſolui poſſit, nec niſi leuiter adhaereat, in duos ſinditur ramos (30. 31.), qui in ipſas continuantur dextri ventriculi fibras, vicinis intermixtas.
30. Ramus huius fibrae alter, qui in fibras (135.) continuatur.
31. Alter ramus in fibras ad (2) continuatus.
32. Pars fibrarum ventriculi dextri (134.) qua ſub fibra (33. 34.) ex profundioribus fibris ſtriae (36. 36.) illae (134. 32.) oriuntur.
33. 34. Fibra ſtriae in hoc corde ſecunda longior, pluribus transuerſis ventriculi dextri fibris ſuperſtrata, denique et ipſa in eiusmodi transuerſas dextri reſoluta.
33. Duae, quibus a filo oritur, eius radices.
34. Fibra ipſa ex binis nata.
35. Portio huius fibrae, reſoluta in transuerſas ventriculi dextri (137.) Reliqua fibrae portio in fibras (138.) reſoluta.
36. 36. Fibra ſtriae profundior, ex qua fibrae transuerſae (32. 134.) et porro illae (135.) produci videntur.
37. Alia fibra ſtriae ſublimis, facile ſolubilis.
38. Vbi haec fibra cum illa (34.) confluit.
39. Inſula, quam confluendo fibrae ſtriae efficiunt, vbi profundiores adparent fibrae.
40. 41. Duae aliae fibrae ſiniſteriores, a filo ortae cartilagineo poſteriori ſiniſtro.
42. Ramulus anaſtomoticus, quo fibrae (40. 41.) cum fibra (37.) coniunguntur.
43. Alia inſula.
44. Continuatio fibrarum (40. 41.) per ſtriam.
45. Earundem continuatio in fibras ventriculi dextri.
46. Vltima, quae in hoc corde ad ſtriam re-

ferri poteſt fibra, a filo cartilagineo ſiniſtro orta.

47. Eius per ſtriam continuatio.

48. Eiusdem porro in fibras ventriculi dextri continuatio.

49. 50. Reliquae ſiniſterioris portionis ſtriae, ex fibris ventriculi ſiniſtri continuatis ortae, continuatio in fibras ventriculi dextri.

51. 52. Faſciculus terminalis inferior (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 152.)

51. Eius ortus a fine ſtriae, fibris carneis quidem, at quae fere ſubtendineſcentes videntur, innatae firmiter in hac ſede carni cordis et profunde, vt ad internam ventriculi ſuperficiem vsque implantatae fibrae eſſe videantur.

52. Eius finis, quo fibrae in medium faſciculum (53. 54.) inſeruntur.

53. 54. Faſciculus terminalis medius (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 151.)

53. Eius ortus ſimiliter fibris profundis ſub prioribus (51.), et juxta faſciculum (143.), quocum vna, fibris tamen vnius faſciculi ab alterius fibris ſeparatis, emergere videtur. Nimirum tenuis in his ſedibus paries ventriculi eſt, et ab interna huius ſuperficie funiculi ambo omnino oriuntur: columnae tamen, ex quibus continuarentur, non adſunt.

54. Eius inſertio in faſciculum terminalem ſuperiorem.

55. Faſciculus terminalis ſuperior (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 147.) Ortus a latere faſciculi (143.), inſertus vnco ſuo (126.) in procurrentem breuem (125.) (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 148. 149.) In hunc faſciculum terminalem ſuperiorem ergo medius et inferior inſeruntur; in inferiorem autem porro fibrae omnes ordinis ſecundi et tertii (100. 102. 115. 116. 119. 122.)

56. 57. 58. 59. 6. 3. Fibrae ordinis primi a filo poſteriori (6.) ortae, in ſtriam (3. 59.) inſertae.

60. 61. 62. 63. 65. 66. 68. 69. 100. 102. 115. 116. 119. 122. Fibrae ordinis ſecundi ſeu fibrae funium.

71. 72. 123. Fines fibrarum ordinis tertii.

71. 123. Procurrens longus (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 121. 122. 122.)

72. Vltimae fibrae ordinis tertii in eum inſertae (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 130.) Hae fibrae in ſitu naturali in hac ſuperficie prorſus non adparent. Procurrens longus ipſe, qua parte adparet, ipſum marginem in ſitu naturali occupat, in eoque ſuperficiem inferiorem intuenti adparet. Eadem vero parte ſuperiorem intuenti minime adparet.

74. 75. 76. 125. Portio fibrarum ordinis quarti, (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 142. 144.) quae pariter in hac ſuperficie in ſitu fibrarum naturali non adparent.

Sic fibrae ordinis primi (56. 57. 58. 59. 6. 3.) in ſtriam; fibrae ordinis ſecundi (60. etc. 69. et 100 etc. ad 122.) et tertii ordinis fibrae (71. 72. 123.) in faſciculum terminalem inferiorem, focum formando inferiorem; quarti demum ordinis fibrae in procurrentem minorem, ſuperiorem focum formando, inſeruntur. Vt faſciculi ergo terminales ſuperſint in ſtrato externo ventriculi ſiniſtri, qui ad nullum horum ordinum referri poſſunt, ſed ſingulares huius ventriculi faſciculos efficiunt.

60. 61. Funiculi, ſeu primae fibrae ordinis ſecundi (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 94. 95. 96. 97. 98.)

62. 63. Fibrae ex funo magno (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 99. 100.), reſoluto, continuatae (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 102. 103. 104.)

64. Interſtitium notabile, fibrillis repletum.

65. 66. Continuatio fibrarum, in quas funis ramificatus (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 108. 109. 110.) fere reſoluitur (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 109. 110.)

67. Interſtitium inter has fibras ſimile longum, fiſſuram referens, fibrillis repletum.

68. 69. Continuatio fibrarum funis adplicati (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 113. 118. 119.)

70. Simile interſtitium fibrillis repletum, ſicuti et illud (112.)

71.

71. 72. Continuatio fibrarum tertii ordinis (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 122. 126.), quae in ſitu naturali in hac ſuperficie non adparent, ſed in margine collocatae exiſtunt.

71. Procurrens funiculus longus (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 122. 122.)

72. Vltimae fibrae ad eum adplicatae. (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 126.)

73. Interſtitium ſimile prioribus.

74. 75. 76. Continuatio fibrarum ordinis quarti (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 136. 141. 144. 145. 146.) quae pariter in ſitu naturali in hac ſuperficie non adparent, collocatae in margine.

74. Funiculus procurrens breuis (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 136.)

75. Fibrae ad procurrentem ipſum adplicatae (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 138. 139. 140. 141. 144.)

76. Fibrae, ad vltimam priorum fibrarum, quo focus pennatus et ramificatus efficitur, adplicatae. (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 145. 146.)

77. Quae tanquam prima fibra ventriculi ſiniſtri in hoc corde conſiderari poteſt, proxima praecedente (46.) ad ſtriam relata.

78. Interſtitium fibrillis repletum.

79. Secunda fibra, in ſtriam inſerta, et ad eam efficiendam concurrens.

80. 81. 82. Tres fibrae ſequentes, a filo ſucceſſiue ortae, confluentes (82.) in ſtriam inſertae.

83. Fibra, ex prioribus nata, in ſtriam inſerta.

84. Fibrae duae, paſſim inter ſe confluentes inordinata coalitione.

85. 86. Fibra ſequens, ſolito ductu a filo ad ſtriam procedens. Videtur ſub priores fibras (83.) transire, vti ſequentes. Neque continuatur in ſtriam.

Vt prima pars fibrarum ergo ordinis primi (77. 81. 82. 83.) in ſtriam continuetur, eamque efficiat; ſecunda (85. 87. 88.) ad ſtriam ſe adplicet, vel ſe recipiat ſub eam; tertia (89. 90. 91. 92.) praeter finitam ſtriam in hoc corde transeat in dextrum ventriculum.

87. 88. Vltima ad ſtriam adplicata fibra ordinis primi.

89. 90. 91. Fibrae huius ordinis praeter ſtriam transeuntes.

92. Eaedem, vbi in fibras ventriculi dextri continuantur.

93. Quae prima et vnica huius ordinis in funiculum terminalem inferiorem, in eius ſummam extremitatem quidem, in hoc corde inſeritur.

94. 95. Fibra prima ad priorem, quae in apicem funiculi terminalis inſeritur, adplicata.

96. 97. Secunda ad eandem adplicata, et vltima fibrarum ordinis primi.

Dantur ergo in hoc ordine 1.) in ſtriam continuatae, 2.) ad ſtriam adplicatae, 3.) praeter ſtriam transeuntes in ventriculum dextrum, 4.) ad ſe mutuo adplicatae (95. 97.), quae vltimae ordinis primi ſunt. Ceterae ordinum ſecundi et tertii in faſciculum terminalem inferiorem inſeruntur.

98. 99. Prima fibra ordinis ſecundi, ab aliis in principio tecta.

100. Proximae fibrae, ab aliis partim, partim ab interſtitio inter fila cartilaginea ſiniſtra, ortae.

101. Prima ex funibus tenuioribus fibra manifeſta ſublimior (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 94. 25.).

102. Eiusdem continuatio et inſertio in faſciculum terminalem inferiorem.

103. Secunda diſtincta fibra (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 16.).

103. 104. Quatuor fibrae (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 16. 94. 95. 96.)

105. Confluxus harum fibrarum cum illa (103.).

106. Vltima funium tenuium fibra continuata ex illis (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 97. 98.).

107. Vbi et haec craſſa fibra (106.) cum priori (105.) confluit, eaque ratione fibrae funiculorum omnes in vnam denique (102.) continuatae, ceterae in angulum acutum inter illam et fibram (62.) concurrunt, et ſic concentrantur.

107. 112. Interſtitium ſeu angulus acutus, in quo concentratae fibrae concurrunt.

108. Simile fere interſtitium acutum, fibrillis

 reple-

repletum, in quo fibrae (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 97.) concentratae concurrunt, vt (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 98.) in illam (106.) ſe continuet, illa (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 97.) concentratione euaneſcat; ſicuti ad ſedem (112.) omnes demum funiculorum fibrae concentratae deſinunt.

109. 110. 111. Parua interſtitia oblonga fibrillis repleta.

112. Interſtitium ſuperius dictum acutum, cuius ſimilia minora (64. 67. 70. 73.) occurrunt, quibus fibrae, in quas funes reſoluti et fibrae ordinis tertii, in faſcias fere diuiſae, principio latiores, anguſtiores fine, distinguuntur.

113. 114. Quatuor inſignes fibrae, ex magno fune (Tab CXIV. Fig. 2. Num. 102. 103. 104.) continuatae.

115. 116. Earum ſingularum inſertio in faſciculum terminalem inferiorem.

117. 118. Quatuor fibrae ex fune ramificato productae (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 109. 110.).

119. Earum concentratarum inſertio in faſciculum terminalem inferiorem.

120. 121. Quatuor fibrae inſignes ex fune adplicato productae (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 118. 119.).

121. Inſertio priorum in praecedentem fibram.

122. Ceterarum fibrarum in funiculum inſertio.

123. 71. Funiculus procurrens longus (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 122. 122.).

123. Eius inſertio ad faſciculum terminalem inferiorem (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 153.).

124. 72. Vltimae fibrae ordinis tertii, earum quidem extremitates, in procurrentem funiculum longum inſertae.

125. 74. Procurrens breuis. (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 136. 136.).

125. Eius vncus, eiusque cum vnco faſciculi terminalis ſuperioris (126.) coniunctio (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 149.).

126. Vncus funiculi terminalis ſuperioris (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 148.).

127. Centrum communefocorum (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 150.). (100. 115. 116. 119. 122. 123. 51. 52. 53. 54. 126. Focus inferior pennatus.)

128. Primae fibrae angulares, ſub ſtriae fibris (33. 36.) ortae.

129. Earum continuatio.

130. Fibrae angulares quaſi mediae, ex media parte fili cartilaginei poſterioris dextri ortae.

131. Quae ex fine fili oriuntur.

132. Ex interſtitio ortae inter fila cartilaginea dextra.

133. Earundem in ſuperiorem ſuperficiem flexio.

134. Prima ventralium fibrarum portio, ſub fibris (33.) orta.

135. Altera portio ventralium.

136. 136. Alia portio, partim ex fibra ſtriae (31.) partim a latere ſtriae (136.) orta.

137. 137. Alia portio a latere ſtriae.

138. 138. Alia portio ex ſtria continuata.

139. 140. Aliae portiones ex ſtria continuatae.

141. Alia portio partim a ſtria, partim ex fibris ventriculi ſiniſtri continuata (91. 92.).

142. Alia fibrarum portio ab apice faſciculi terminalis inferioris orta.

143. Faſciculus in hoc corde terminalis ventriculi dextri.

144. Fibrae ventrales vltimae ex terminali faſciculo ortae.

145. Apex ventriculi dextri ſeparatus ab apice ſiniſtri.

Fig. 3. *Atrium dextrum hominis plethorici, magnitudine et forma naturali, prout occurrit, ſi vel ſanguine vel materia ceracea repletum eſt.*

RUYSCH *Epiſt. anat.* X. Tab. II. Fig. 3.

1. Vena caua inferior.
2. — — ſuperior.
3. Auricula ſ. adpendix.
4. 4. Faſciculi muſculares, prout in facie externa adparent.

Fig. 4. *Atrium dextrum ex alio cadauere exſectum.*

RUYSCH ibid. Fig. 4.

1. 2. 3. 4. 4. Vt in praecedente Figura.

5. Vena cordis minor in ipſum atrium deſinens. Faſciculi muſculares in hoc ſpecimine alio ordine diſpoſitos eſſe, vix monendum eſſe videtur.

Fig. 5. *Pericardium aëre turgidum, ab anteriori, ex corpore puerili deſumtum.*

Halleri *Elem. Phyſiol.* Tom. I. Tab. I. Fig 1.

1. Magna bulla pericardii, qua cor continetur.
2. Pulmo dexter.
3. — ſiniſter.
4. Aorta deſcendens, vi aliqua de ſitu mota et reflexa.
5. Finis inſerti ductus arterioſi.
6. Arteria ſubclauia dextra.
7. — carotis dextra.
8. — — ſiniſtra.
9. — ſubclauia ſiniſtra.
10. Ramus ſiniſter arteriae pulmonalis.
11. Venae pulmonales.
12. Cornu dextrum pericardii.
13. Pars eius adhaeſionis infima.
14. Cornu ſiniſtrum, adnatum arcui aortae et arterioſo ductui.

Fig. 5. *Pericardii facies poſterior.*

Haller ibid. Fig. 2.

1. Pars, quae cor continet.
2. Pulmo ſiniſter.
3. — dexter.
4. Venae pulmonales ſiniſtrae.
5. Ductus arterioſus.
6. Ramus ſiniſter arteriae pulmonalis.
7. Truncus communis arteriae carotidis et ſubclauiae dextrae.
8. Art. carotis ſiniſtra.
9. — ſubclauia ſiniſtra.
10. Aorta deſcendens, reflexa.
11. Arteriae pulmonalis ramus dexter.
12. 13. Venae pulmonales dextrae.
14. Vena caua ſuperior.
15. Cornu ſiniſtrum pericardii, adhaerens ad aortam et ductum arterioſum.
16. Cornu dextrum ad aortam adhaerens.
17. Pars pericardii, adnata arteriae pulmonali ad originem rami ſiniſtri.
18. Pars pericardii adnata ad venas pulmonales dextras.

EXPLICATIO
TABVLAE CXVI. *)

FIG. I. *Superficies ſuperior cordis. Fibrae mediae ſ. profundae.* Conf. ad hanc figuram *Tab. CXIV. Fig.* 2.

C. F. WOLFF in *Nov. Act. Petropol. T. IV.*

1. Apex coni arterioſi in latere dextro.
2. — — — — ſiniſtro.
3. — ventriculi dextri papillaris. (86. Apex ventriculi ſiniſtri.)
4. Terminus crenae.
5. Vallecula inter apices ventriculorum diſtinctos.

1. 17. 3. Ventriculus dexter.

6. 7. 8. 18. Ventriculus ſiniſter.

7. Angulus cordis ſiniſter: dexter ſub 30 eſt. (Tab. CXIV. Fig. 2. Num. 9. 16.)

9. Auricula dextra.

10. Pars ſinus ſiniſtri.

11. Auricula ſiniſtra reflexa.

12. Arteria pulmonalis.

13. Eius ramus ſiniſter.

14. Aorta.

15. Vena caua.

16. 21. 30. Margo baſilaris.

17. Media pars ventriculi dextri.

18. Eadem pars ventriculi ſiniſtri.

19. Arteria coronaria dextra.

1. 20. 22. Fibrae, quae aliquam partem lateris anterioris baſeos arteriae pulmonalis inſertione ſua occupant.

1. 19. 20. Adductor arteriae pulmonalis minor ſ. dexter (Fig. 2. Num. 20. 21.), ſecedens a maiori ad baſin coni arterioſi, vbi maior in ſuperiorem ſuperficiem flectitur, inſertus in latus dextrum baſeos arteriae pulmonalis.

19. 20. 22. 23. 24. 25. 26. Adductor arteriae pulmonalis maior ſ. anterior (Fig. 2. N. 16. 17. 18. 19.), ortus ex angulo inter marginalem faſciam et filum cartilagineum poſterius, hinc in baſilarem excurrens ſuperficiem, contiguus margini baſilari ad baſin coni arterioſi vsque (Fig. 2. 19. 18.), ibi flexus in ſuperficiem ſuperiorem (Tab. CXV. Fig. 2. N. 25. 27. 31.), inſertus in partem anteriorem baſeos arteriae pulmonalis et in crenam (20. 22. 23. 24. 26.)

19. 20. 21. Faſciculus ſuperior Adductoris arteriae pulmonalis maioris.

20. 22. 25. 26. 28. 32. Fibrae in cono arterioſo decurrentes.

21. 25. 26. Faſciculus inferior.

21. 27. Fibrae inſignes obliquae, hos faſciculos inter ſe jungentes.

25. 29. 30. 31. Fibrae, quae parallelae margini baſilari partim juxta hunc marginem (30. 31.), partim in margine ipſo (30. 29. 25.) verſus arteriam pulmonalem decurrunt ad baſin vsque coni arterioſi (25.), vbi magis magisque curuatae in crenam inſeruntur. Hae in ſuperficie cordis inferiori juxta ipſum filum cartilagineum poſterius (Fig. 3. N. 49. 50. 9. 10. 51.), transeunt.

29. 30. 31. Fibrae, quae ſuper angulum ventriculi ex inferiori (Fig. 3. N. 51. 52. 53. 58.) in ſuperiorem cordis ſuperficiem progrediuntur, ac deinde pergunt in ſuperiori ſuperficie.

30.

*) Notandum eſt, b. WOLFFIUM tabulas VII. VIII. IX., quae in hac noſtra tabula tribus prioribus figuris ſiſtuntur, in diſſertationibus ſuis, quae Nouis Actis Petropolitanis inſertae ſunt, allegaſſe quidem, ſed illarum explicationem non adiecisſe. Hunc equidem laborem, difficilem ſane, in me ſuſcepi eamque ob cauſſam non ſolum diſſertationes WOLFFII perlegi, ſed etiam priores tabulas tribus hiſce vltimis ſedulo comparaui.

30. 31. 38. 40. 42. 44. 54. Fibrae, quae ex inferiori cordis ſuperficie (Fig. 3. N. 53. 63. 73) in ſuperiorem transeunt, in eaque eam adfectant viam, ac ſi perpendiculariter incurſurae eſſent in baſin arteriae pulmonalis.

33. 34. 35. 36. 37. 46. 55. 61. Fibrae transuerſim fere baſique arteriae pulmonalis parallelae in crenam incurrentes.

27. 24. 32. 26. 56. Faſciae distinctae, alterarum in alteras inſertione.

33. 41. 43. 35. Faſciae interruptione fibrarum distinctae.

31. 38. 40. 42. Faſciae longae anguſtaeque, vbi nulla interruptio adparet.

47. 54. 62. 65. 66. Fibrae ſolitariae hiatibus ipſis (48. 49. 50. 52. 53. 60. et 58. 59. 66.) defectu fibrarum formatis, distinctae et a ſe inuicem ſeparatae.

51. 55. 61. 62. Nouae fibrae, quae ſuperficiei ſuperioris ventriculi dextri partem a crena vsque ad hiatum occupant, et propriis ſuis radicibus ex interna ſtructura emergunt.

30. 31. 33. Faſcia marginalis ſ. *muſculus marginalis* ſ. faſcia angularis prima (Fig. 3. N. 51. 52. 53. 58.), marginis baſilaris maximam partem in inferiori et ſuperiori ventriculi ſuperficie cingens, orta ex faſciculo ſtriae (Fig. 3. N. 9. 17. 10.), transiens in fibras transuerſas ſuperiores (34. 35.), inſerta his mediantibus in crenam.

31. 38. 39. Faſcia angularis ſecunda ſeu inſinuata prima (Fig. 3. N. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60.) in marginalem (30. 31. 33.) ſe inſinuans.

38. 40. Faſcia angularis tertia ſ. inſinuata ſecunda (Fig. 3. N. 60. 61. 62. 63.) in marginalem pariter ſe inſinuans.

40. 41. 42. 43. Faſcia ventralis prima (Fig. 3. N. 63. 64. 65. 66. 67.)

42. 44. 45. 46. Faſcia ventralis ſecunda (Fig. 3. N. 67. 68. 69. 70. 71.)

44. 54. 51. Faſcia ventralis tertia ſ. perforata (Fig. 3. N. 71. 72. 73.), ad ipſam mediam ventriculi partem in ſuperiori et inferiori ſuperficie decurrens, hiatum detegens, penetrantem in cauitatem ventriculi, occupatam fibris internis retiformibus.

48. 49. 50. 53. Fibrae internae retiformes, quae per magnos in media parte ventrali hiatus conſpicuos adparent.

48. 49. 50. 52. 53. 60. Hiatus ventralis, magnus, conſtans, in ſtrato medio fibrarum adparens.

48. 52. Columnae cauitatis ventriculi, quae manifeſto adparent.

63. 64. 3. Fibrae regionis apicis.

58. 59. 66. Minores hiatus in hoc corde, certi tamen et conſtantes, prope crenam occurrentes, transuerſalium fibrarum ſuperiorum inferiorumque defectus.

34. 35. 36. 37. Fibrae transuerſae ſuperiores vel poſteriores, partem infundibuliformem ſiniſterius occupantes, productae ab angularibus, distinctae ab iis interrupta continuatione, inſertae in crenam.

55. 56. 57. 61. 62. Fibrae transuerſae inferiores ſeu anteriores, partem ventralem ſiniſterius occupantes, productae ad vltimas ventrales ex fibris ventriculi internis, in crenam inſertae.

54. 63. 64. 65. 66. Fibrae ſolitariae ventrales, quae vltimae ex ſtria ortae ad ſuperiorem ventriculi ſuperficiem immo ad crenam vsque perueniunt.

33. 41. 43. Fines fibrarum faſciae marginalis et primae ventralis, transuerſarum ſuperiorum principiis interpoſiti.

6. 2. 67. 68. Fibrae, quae a parte ſiniſtra baſeos aortae oriuntur.

2. 4. 67. 70. Fibrae ab ea regione partis baſilaris, quam retro conum arterioſum columna triangularis in ſtrato externo (Tab. CXIII. Fig. 2. N. 55.) occupauerat.

4. 72. 73. 74. 75. 76. Fibra a parte media crenae, quae pontis regio (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 121. 123. 127.) eſt, prodeuntes.

6. 4. 7. 69. Ordo ſecundus fibrarum, ortus a filo cartilagineo ſiniſtro anteriori (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 39.) et ab interſtitio inter hoc filum et poſterius ſiniſtrum.

69. 75. 76. Ordo tertius fibrarum, ortus a crena, ab eius principio ad regionem radiatam vsque (Fig. 3. N. 25. 36. 32. 35. 39.).

69. 71. Eius fibrae interpoſitae (Fig. 3. N. 25. 26. 30.) Includuntur a funiculis et ceteris fibris: hinc *interpoſitae* vocantur. Nec in communi ſede ortus ad crenam ſibi propriam partem vindicant, nec ad ſtriam, ſedem communem inſertionis.

74. 75. 76. 77. Eius funiculi et faſciculi craſſiores, inprimis ille, qui, analogus procurrenti minori ſtrati externi (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 131—136.), *annularis faſciculus* dicitur. Oritur ex crena portionibus duabus, inferiori (38) et ſuperiori vel poſteriori (37). Cingit marginem ventriculi in hac regione, ac diſtinguit ordinem tertium a quarto.

77. 78. 79. 81. 83. 86. 8. 82. Ordo quartus fibrarum (Fig. 3. N. 36. 43. 44. 40. 41. 42. 47. 48.), cuius fibrae oblique adſcendunt verſus baſin.

78. 79. 81. 5. Ortus fibrarum huius ordinis a crenae vltima parte, quae radiatae ventriculi regioni (Tab. CXIV. Fig. 2. N. 131-135. 136. etc.) in ſtrato externo reſpondet, deinde a ſuperiori et medio faſciculo terminali.

78. 79. 80. Huius ordinis faſciae fibrarum duae, prima (78.), ſecunda (79. 80.), ortae a crena, in ipſa ſuperiori ventriculi ſuperficie deſinentes, neque ad inferiorem pertinentes.

77. 81. 82. Tertia faſcia, a crena pariter orta, in inferiorem ventriculi ſuperficiem transiens.

82. 83. 84. Quarta faſcia, orta a faſciculo terminali ſuperiori, transiens in inferiorem ventriculi ſuperficiem. Cum tertia format *faſciam flabellatam maiorem* (Fig. 3. N. 36. 38. 43. 40. 41. 42.)

86. 84. 8. Quinta faſcia, a terminali faſciculo medio ſuborta, flexa ſuper marginem ventriculi, formans in ſuperficie inferiori cordis *faſciam flabellatam minorem* (Fig. 3. N. 43. 44. 46.)

86. 87. 88. 89. Faſciculi terminales.

82. 83. 84. 85. Media portio faſciculi terminalis.

74. 78. 79. 80. 83. Fibrae radiatae.

90. 91. 88. 5. Apertura ventriculi ſiniſtri in ſtrato fibrarum ſecundo (Fig. 3. N. 47. 48.).

Fig. 2. *Fibrarum baſilarium mediarum ventriculi dextri ortus et progreſſus: cono arterioſo antrorſum reflexo.* Conf. ad hanc figuram *Tab. CXV. Fig. 1.*

Wolff l. c. Tab. VIII.

1. Aortae abſciſſae lumen.
2. Lumen reſectae ad baſin arteriae pulmonalis.
3. Foſſa triangularis (Tab. CXV. Fig. 1. N. 77.)
4. Locus fili cartilaginei anterioris dextri (Tab. CXV. Fig. 1. Num. 6.)
5. Fibrae circumflexae ſiniſtrae (Tab. CXV. Fig. 1. Num. 23. 25. 75. etc.)
6. Adductor arteriae pulmonalis poſterior ſeu minimus. Ex latere ſuperiori (7.) Pulmonalis poſterioris (7. 8. 9.) oblique verſus baſin arteriae pulmonalis adſcendit in eamque ſe inſerit. Paruus hic muſculus eſt, ſed conſtans.

7. 8. 9. 23. Pulmonalis poſterior, ſeu Contractor coni arterioſi poſterior, ortus ab Adductore maiori (17. 18. 19.) in media eius parte inter Contractorem interſtitii valuularis (13.) et Adductorem minorem (20. 21.), vbi flectitur, vt in ſuperiorem ſuperficiem transeat, inde transuerſim percurrens ſuperficiem poſteriorem coni arterioſi, inſertus in foſſam triangularem.

7. Portio eius ſuperior, propior baſi arteriae pulmonalis anguſtiorque, in ſuperficiem poſteriorem coni arterioſi transiens eamque totam fere transuerſim percurrens.

8. Portio eius inferior, latior, baſi propior coni arterioſi, inſerens ſe in oram dexteriorem foſſae triangularis (3).

9. Portio parua, quaſi tertia in hoc corde, orta a Contractore interſtitii valuularis, inſerta in poſtremam partem foſſae triangularis.

10. 11. Aorticus, ſecedens ex poſteriori latere Contractoris interſtitii valuularis (13), ad baſin aortae oblique adſcendens, in eamque ſe inſerens.

12. Fibrae fili cartilaginei anterioris dextri ſ. Adductor orificii venoſi, ſecedens a latere poſteriori Contractoris interſtitii valuularis, inſertus in filum cartilagineum anterius dextrum (4.).

13. Contractor interſtitii valuularis, ſecedens ab Adductore maiori (16. 17. 18. 19.), dum ex interſtitio ſuo oritur longitudinemque ſuperficiei baſilaris percurrit.

14. 15. Latior hiatus, fibris internis adparentibus occupatus.

16. 17. 18. 19. Adductor arteriae pulmonalis maior ſ. anterior (Fig. 1. Num. 19. 20. 22. etc.)

16. 17. Latus ſiniſtrum Adductoris maioris, ex quo prodit Adductor minor (20. 21.)

20. 21. Adductor arteriae pulmonalis minor ſ. dexter (Fig. 1. Num. 1. 19. 20.)

21. Apex huius muſculi.

19. 22. Muſculus marginalis (Fig. 3. N. 9. 10. 51. etc.)

Fig. 3. *Fibrae mediae ſ. ſecundae ventriculi dextri. Inferior cordis ſuperficies.* Conf. ad hanc figuram *Tab. CXV. Fig. 2.*

Wolff l. c. Tab. IX.

1. Ventriculus dexter.
2. — — ſiniſter.
3. Sinus ſiniſtri margo ſiniſter.
4. Filum cartilagineum poſterius ſiniſtrum.
5. Vena pulmonalis ſiniſtra poſterior.
6. Sinus dexter.
7. Filum cartilagineum poſterius dextrum.
8. Vena caua inferior.

9. 11. 12. 13. 14. 15. Stria a baſi cordis ad apicem vsque, a qua fibrae mediae oriuntur (Tab. CXV. Fig. 2. N. 3.)

9. 10. Faſciculus ſtriae, ab ipſa coniunctione filorum cartilagineorum poſteriorum, inprimis a principio ſiniſtri, ortus, radicem ſtriae tegens, inde transuerſim in dextri ventriculi ſuperficiem inferiorem excurrens.

9. 11. 12. Striae prima pars. In hac fibrae ventriculi ſiniſtri cum fibris dextri ventriculi fere concurrunt.

12. 13. Striae media pars. In ea fibrae ventriculi ſiniſtri, longius a dextris remotae, demergunt ſe citius in ſtriam et continuantur in fibras ſepti, vt interſtitium ſatis largum in hac media parte ſtriae inter ambos ventriculos in ſecundo hoc ſtrato fibrarum adpareat.

13. 14. Striae pars tertia, quae eadem eſt, ſuper quam in ſtrato externo fibrae ventriculi ſiniſtri in dextrum transeunt (Tab. CXV. Fig. 2. N. 90. 91. 92.) eius in fibras continuatae. In ea pariter fibrae ventriculi ſiniſtri cum dextri fibris fere concurrunt in ſtrato ſecundo. Vt ergo in hac et in illa prope baſin ſede arctius omnino ventriculi, quam in media parte, coniungantur.

14. 44. 96. Pars, qua in hoc corde ventriculi ſeparati ſunt, inſignes apices distinctos formando, quae in aliis cordibus quartam ſtriae partem efficit.

15. Fibrillae, quae hanc ſtriae partem occupant.

16. Faſciculus terminalis medius (Tab. CXV. Fig. 2. N. 53. 54.)
Loderi *Tab. anat. Angiol. Cor.*

17. 18. 19. 20. 11. Ordo primus fibrarum in ſtrato ſecundo, a filo cartilagineo poſteriori ſiniſtro et a dimidio interſtitio inter bina fila ſiniſtra ortus.

21. 22. 23. 25. 27. 28. 29. Ordo fibrarum ſecundus, ortus a filo cartilagineo anteriori ſiniſtro et ab interſtitio inter hoc filum et poſterius ſiniſtrum, maxime tamen a parte ſiniſtra baſeos aortae et a ſede columnae triangularis ad principium crenae vsque.

25. 32. 35. 36. 39. Ordo fibrarum tertius. Sedem originis habet in crena, ab eius principio ad regionem radiatam vsque.

25. 26. 30. Fibrae interpoſitae (Fig. 1. N. 69. 71.)

30. 31. Ordinis tertii faſciola prima, anguſtior.

31. 33. Eiusdem ordinis faſciola ſecunda, latior, ſub anguſtiorem fibris ſuis ſe recipiens.

33. 34. Eiusdem ordinis faſciola tertia, anguſtiſſima.

34. 36. Eiusdem ordinis faſciola quarta, latior.

25. 26. 32. 35. 37. 39. Inſertio fibrarum ordinis tertii in ſtriam.

36. 40. 41. 42. 43. 44. 47. 48. Ordo quartus fibrarum. Distinguit ſe non ſolum directione fibrarum, ſed ſede ventriculi quoque, quam occupant fibrae, a ceteris ordinibus: adſcendunt oblique verſus baſin.

36. 38. 40. 41. 42. 43. Faſcia flabellata maior huius ordinis, ob fibras radiatim diſperſas ita nominata.

43. 44. 45. 46. Faſcia flabellata minor.

47. 48. Apertura ventriculi ſiniſtri in ſtrato ſecundo.

49. 50. Fibrae, quae juxta ipſum filum cartilagineum poſterius transeunt in ſuperficie cordis inferiori. Hae in ſuperficie ſuperiori, parallelae margini baſilari, partim juxta hunc marginem (Fig. 1. N. 30. 31.) partim in margine ipſo (Fig. 1. N. 25. 29. 30.) verſus arteriam pulmonalem decurrunt ad baſin vsque coni arterioſi (Fig. 1. N. 25.), vbi magis magisque curuatae in crenam inſeruntur.

51. 52. 53. 58. 49. 10. Faſcia marginalis, ſeu muſculus marginalis, ſeu portio fibrarum angularium prima, marginis baſilaris maximam partem in inferiori et ſuperiori

rì ſuperficie cingens, orta ex faſciculo ſtriae (9. 10.), transiens in fibras transuerſas ſuperiores (Fig. 1. N. 34. 35.), inſerta his mediantibus in crenam.

54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. Faſcia angularis ſecunda, ſ. inſinuata prima, a prima parte ſtriae in hoc ſtrato adparente plerumque orta, in ſuperiori ſuperficie in marginalem ſe inſinuans.

60. 61. 62. 63. Faſcia angularis tertia ſ. inſinuata ſecunda, orta ex parte ſequente ſtriae, in marginalem pariter ſe inſinuans.

63. 64. 65. 66. 67. Faſcia ventralis prima, a parte ſequente ſtriae orta, in tranſuerſales ſuperiores iisque mediantibus in crenam inſerta.

67. 68. 69. 70. 71. Faſcia ventralis ſecunda, a ſtriae parte ſequente orta, in transuerſales pariter ſuperiores earumque ope in crenam inſerta.

70. Filamentum tendineum, ventralem faſciam tertiam claudens.

71. 72. 73. Faſcia ventralis tertia ſ. perforata, orta ex parte ſtriae ſequente, verſus marginem in lacinias diſcedens, ad ipſam mediam ventralem partem ventriculi, in ſuperiori et inferiori ſuperficie, hiatum detegens, penetrantem in cauitatem ventriculi, occupatum fibris internis retiformibus.

74. Hiatus ſ. foramina minora fibrarum.

74. 75. 81. Faſciculi plani anguſtioresque faſciae ventralis tertiae, duabus tribusue fibris facti.

76. Fibrae ſolitariae hiatibus ipſis, defectu formatis, distinctae et a ſe inuicem ſeparatae.

77. 78. 79. 73. Faſcia ventralis in ſimplices fibras reſoluta, diſtinctas apertis hiatibus.

80. 83. Foramina maiora oblonga.

82. Fibrae, quae in cauitatem ventriculi ſe demergunt.

84. 87. 89. Faſciolae a ſtria ortae, ſeparatae anguſtaeque, transuerſim marginem verſus progredientes.

85. 88. 91. Fibrae breuiores, quae vbi ad foramina perueniunt, demergunt ſeſe interniſque fibris ventriculi accedunt.

85. 86. Fibrae, ſub quibus faſciculi 81. recipiuntur.

88. Foramen ouale, in quod aliquae fibrae deſcendunt.

92. Lamina quaſi carnea fibras coniungens.

93. Foramen ſubrotundum.

94. 95. 96. Fibrae, quae apicem ipſum in hoc corde eminentem ſeparatumque a ventriculo ſiniſtro tenent.

Fig. 4. *Atrium cordis humani ſiniſtrum, materia ceracea repletum.*

Ruysch *Epiſt. anat.* X. Tab. 11. Fig. 1.

1. Adpendix ſ. auricula.
2. Ambitus criſtatus illius adpendicis.
3. 3. Sinus huius atrii.
4. Venae pulmonales duae. (Tertia et quarta vena pulmonalis in hoc Figurae poſitu cerni nequeunt).

Fig. 5. *Idem atrium ex alio cadauere deſumtum.*

Ruysch ibid. Fig. 2.

1. 2. 3. 3. 4. Vt in praecedente Figura.

Fig. 6. *Adpendix ſ. auricula atrii dextri cordis humani, inuerſa, vt facies interior adpareat.*

Ruysch ibid. Fig. 5.

1. Vena caua ſuperior.
2. 2. Reſidua pars ſinus reſecti.
3. 3. 3. Styli aenei, qui faſciculos muſculares nonnihil diſtantes eleuant, vt adpareat, eos non vbique fundo adpendicis eſſe connatos. Inter hosce faſciculos muſculares fibrae muſculares minores cernuntur.

Fig. 7. *Arteriolae tunicarum aortae humanae.*

Ruysch, *Epiſt. anat.* III. Tab. 3. Fig. 3.

1. 1. Aortae truncus.
2. Truncus communis arteriae carotidis et ſubclauiae dextrae.
3. Arteria carotis dextra.
4. — ſubclauia dextra.
5. — carotis ſiniſtra.
6. — ſubclauia ſiniſtra.
7. Rami arterioſi ex arteria coronaria cordis orti.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE CXVII.

Cor ex cadauere adulti deſumtum, ita diſſectum, vt eius interiora pateant. Figuras haſce rogatu meo delineari curauit cl. Wiedemann, meus olim auditor, nunc Prof. Brunsuicenſis meritiſſimus.

Fig. 1. *Cor dextrum diſſectum.*

1—10. *Atrium venarum cauarum* ſ. dextrum.

1—4. *Venae cauae:* 1. 2. inferior, 3. 4. ſuperior.

5. *Valuula* Evstachii, in hoc ſpecimine integra.

6. *Oſtium venae coronariae magnae*, quod valvula ſua (*) partim obtegitur.

7. *Foſſa oualis*, quae in *ſepto atriorum* eſt.

8. 8. *Annulus* ſ. limbus huius foſſae.

9. 9. 9. Via, quae ducit in *adpendicem* ſ. auriculam.

10. 10. Fibrae validiores atrii venarum cauarum.

11—22. *Ventriculus pulmonalis* ſ. dexter.

11. 11. 11. *Oſtium venoſum* huius ventriculi.

12. 13. 14. 14. *Valuulae tricuſpidales* ſ. triglochines, quae annulum valuuloſum conſtituunt.

12. Valuula anterior et ſuperior, quae reliquis maior eſt.

13. Valuula poſterior, quae minor eſt.

14. 14. Valuula anterior et inferior, ſeu minima, in duas partes diuiſa.

15. 15. 15. 15. *Musculi papillares*, qui *filis tendineis* inſeruntur valuulis.

16. 16. *Trabes carneae* ſ. *muſculi retiformes.*

17. *Septum ventriculorum.*

18. Tubulus immiſſus *oſtio arterioſo* huius ventriculi.

19. Pars musculi papillaris abſciſſa, reſpondens filo tendineo 20.

21. Alia pars musculoſa abſciſſa, reſpondens parti 22.

Fig. 2. *Pars ventriculi pulmonalis et arteriae eiusdem nominis anterius diſciſſa.*

1. Ventriculi pulmonalis interior ſuperficies.

2. 3. 4. *Valuulae ſemilunares* ſ. ſigmoideae arteriae pulmonalis: 2. anterior. 3. poſterior. 4. ſuperior ſ. dextra.

5. 5. 5. *Nodulus* Arantii.

6. 6. 6. *Arteriae pulmonalis* trunculus diſciſſus.

7. Rami dextri huius arteriae oſtium.

8. 8. Ramus ſiniſter diſciſſus.

9. Locus, vbi olim fuerat oſtium ductus arterioſi Botalli.

Fig. 3. *Cor ſiniſtrum diſſectum.*

1---5. Atrium venarum pulmonalium ſ. ſiniſtrum.

1. 1. Vena pulmonalis ſiniſtra inferior, diſciſſa.

2. Locus vbi reſciſſa eſt vena pulmonalis ſiniſtra ſuperior.

3. Oſtia venarum pulmonalium dextrarum. (Ob tenſionem, quam acus infixa efficit, oſtiorum loco rima tantummodo adparet).

4. Oſtium *adpendicis* ſ. auriculae.

5. Locus in ſepto atriorum reſpondens foſſae ouali.

6--12. *Ventriculus aorticus* ſ. ſiniſter.

6. 6. *Oſtium venoſum* huius ventriculi.

7. 8. 8. *Valuulae mitrales.*

7. Valuula ſuperior, quae maior eſt.

8. 8. Valuula inferior ſeu minor, disciſſa.

9. 9. 9. *Musculi papillares*, qui *filis tendineis* inſeruntur valuulis.

10. 10. *Trabes carneae* ſ. *muſculi retiformes.*

11. *Septum ventriculorum.*

12. Tubulus immiſſus *oſtio arterioſo* huius ventriculi.

Fig. 4. *Pars ventriculi aortici et arteriae aortae diſciſſa.*

1. 1. Ventriculi pulmonalis diſciſſi ſuperficies interior, obiter expreſſa.

2. 2. Septum ventriculorum ita diſciſſum, vt ventriculus aorticus pateat.

3. Ventriculi aortici interior ſuperficies.

4. Valuula mitralis ſuperior.

5. 6. 7. *Valuulae ſemilunares* ſ. ſigmoideae: 5. anterior. 6. poſterior. 7. inferior.

8. 8. 8. *Nodulus* Arantii.

9. Oſtium arteriae coronariae anterioris.

10. — — — — poſterioris.

11. Aortae truncus diſciſſus.

12. Oſtium trunci communis arteriae carotidis et ſubclauiae dextrae.

13. Carotidis ſiniſtrae oſtium.

14. Arteriae ſubclauiae ſiniſtrae oſtium.

EXPLICATIO
TABVLAE CXVIII.

FIG. 1. *Cordis ventriculus aorticus apertus et aorta diſciſſa.*

1. 2. 3. 4. Musculi papillares maiores, filis ſuis tendineis in valuulam mitralem ſuperiorem ſeu maiorem inſerti.

5. 5. Alia fila tendinea, quae a ſepto cordis et a pariete ventriculi oriuntur valuulaeque mitrali inferiori ſeu minori inſeruntur.

6. 7. *Valuulae mitrales:* 6. ſuperior. 7. inferior. Inter 6 et 7 eſt oſtium venoſum ventriculi.

8. Trabes carneae vario modo ſibi inuicem intertextae.

9. 10. 11. *Valuulae ſemilunares:* 9. anterior. 10. poſterior. 11. inferior.

12. 12. *Agger* ſ. ſinus valuulae ſemilunaris poſterioris. Idem agger in reliquis valvulis facile intelligitur.

13. *Nodulus* ARANTII eiusdem valuulae.

14. Alba et calloſa linea in fine libero eiusdem valuulae.

15. Oſtium arteriae coronariae anterioris.

16. — — — — poſterioris.

17. Aorta diſciſſa.

18. 18. Arteria pulmonalis diuiſa, dum ventriculus aorticus aperiebatur.

Notandum eſt, aortam aneurysmate ſatis conſpicuo dilatatam fuiſſe: hinc muſculi papillares ſolito maiores eorumque fila tendinea craſſiora et oſtia arteriarum coronariarum maiora ſunt.

FIG. 2. *Vaſa propria cordis materia ceracea repleta, ab anteriori.*

1. Atrium venarum cauarum ſ. dextrum.
2. Adpendix huius atrii ſ. auricula.
3. Atrium venarum pulmonalium.
4. Adpendix ſ. auricula eius.
5. Vena pulmonalis ſiniſtra ſuperior.
6. — — — inferior.
7. Vena caua ſuperior.
8. Locus, vbi reſciſſa eſt arteria pulmonalis.
9. Aorta.
10. Truncus communis arteriae carotidis et ſubclauiae dextrae.
11. Arteria carotis ſiniſtra.
12. — ſubclauia ſiniſtra.
13. *Art. coronaria dextra* ſ. inferior.
14. — — *ſiniſtra* ſ. ſuperior.
15. *Ramus circumflexus* coronarius huius arteriae.
16. *Venae coronariae magnae ramus anterior.*
17. *Vena cordis minor*, in ipſum atrium dextrum deſinens.

FIG. 3. *Vaſa propria cordis a poſteriori.*

1. Atrium venarum cauarum ſ. dextrum.
2. Vena caua inferior filo ligata et abſciſſa.
3. — — ſuperior.
4. Atrium venarum pulmonalium ſ. ſiniſtrum.
5. Adpendix huius atrii.

6.

6. Vena pulmonalis dextra ſuperior.
7. — — — inferior.
8. — — — ſiniſtra inferior.
9. *Arteria coronaria dextra.*
10. *Ramus circumflexus* arteriae coronariae ſiniſtrae.
11. Ramus huius rami circumflexi.
12. *Venae coronariae magnae ramus poſterior,* maior.
13. 14. Alii rami poſteriores minores.
15. Ramulus ab atrio dextro adueniens.
16. *Venae coronariae magnae truncus* in atrium dextrum deſinens.

Fig. 4. *Radix aortae cum arteriis coronariis earumque ramificationibus per cordis humani ſubſtantiam et tunicas aortae diſſeminatis.*

Ruysh, *Epiſtol. anat.* III. Tab. 3. Fig. 1.

1. Aorta.
2. Arteria coronaria dextra.
3. Arteria coronaria ſiniſtra.
4. Ramus circumflexus.
5. 5. Arteriolae per atria cordis excurrentes.
6. Aliae ad tunicas aortae pertinentes.
7. 7. Rami profundiores et poſteriores abſciſſi.

Fig. 5. *Pars pericardii anterior aciculorum ope in planum expanſa cum arteriis ſuis.*

Ruysch, *Epiſtol. anat.* II. Tab. 2. Fig. 4.

1. 1. Arteriae pericardiaco-diaphragmaticae.
2. 2. Rami arterioſi ex arteriis diaphragmaticis orti.
3. Surculus arterioſus a parte ſuperiori arteriae mammariae internae prodiens.
4. 4. 4. Rami arterioſi ab arteria mediaſtina producti. (Rami alii ex intercoſtalibus arteriis hic repraeſentari non potuerunt).
5. 5. Rami arterioſi per diaphragma diſſeminati.

Fig. 1.



Fig. 2.





Fig: 1.



Fig: 2.



gestochen von Friedr. Müller in Weimar

Fig.1.



Fig.3.



Fig.4.




Fig.2.



.5.



Fig.6.




Fig. 1.




77. Truncus, qui ex glandula 69 pergit ad glandulam 78.

78. Glandula arteriae et venae popliteae atque origini Gaſtrocnemii interni adcumbens.

79. Truncus, qui ex glandula 78 ad aliam glandulam pone arteriam popliteam locatam ſe confert.

80. Alius truncus ex confluxu duorum vaſorum formatus, qui ſub arteria et vena poplitea oblique decurrit et cum trunco 80 confluit.

81. Truncus ex glandula 64 prodeuns et cum praecedente (80) confluens.

82. Truncus maior ex confluxu 80 et 81 enatus, qui per rimam Adductoris magni in femoris faciem internam producitur.

83. Glandula interiori lateri arteriae popliteae adcumbens. Ex illa truncus exit, qui per rimam Adductoris magni ex poſteriori ad internam faciem femoris fertur.

84. 84. Truncus, qui vaſa perforantia comitatur, tandemque ad glandulas inguinales profundas fertur.

85. Truncus ex vnione plurium ramorum a Glutaeo magno prodeuntium formatus.

86. Glandulae vaſis ſanguiferis iſchiadicis adcumbentes, quarum ſuperior truncum 85 recipit.

87. 87. Duae glandulae juxta ductum vaſorum ſanguiferorum iſchiadicorum locatae, in quas trunci ex Glutaeo magno profecti concurrunt. Suprema harum glandularum cum glandula 86 communicat.

88. Truncus maior ex vnione glandularum 86 formatus, qui per inciſuram iſchiadicam ad glandulas inferiores peluis producitur.

89. 89. Glandulae, in quas ſe immittunt abſorbentia ex Glutaeo medio ac minori prodeuntia.

90. 90. Glandulae, quae arteriae glutaeae adcumbunt, variosque truncos ex Glutaeis prodeuntes recipiunt. Ex illis maiores trunci exeunt, qui per inciſuram iſchiadicam ad peluim transeunt et in glandulas ibidem locatas ſe immittunt.

Fig. 2. *Concurſus in glandulas peluis vaſorum abſorbentium cruralium, obturatoriorum, iſchiadicorum et iliacorum poſteriorum, nec non concurſus vaſorum abſorbentium ex glandulis peluis prouenientium in glandulas circa diuiſionem arteriae aortae ſitas.*

Mascagni ibid. Fig. 2. (⅔)

1. 1. Os ſacrum.
2. Os coccygis.
3. Vertebra lumborum quinta.
4. 4. Rami oſſis pubis et iſchii circa foramen obturatorium reſecti.
5. Os ilium.
6. Ligamentum tuberoſo ſacrum.
7. Penis materia ceracea per vaſa ſanguifera iniecta turgidus.
8. Glans penis.
9. Corpus cauernoſum dextrum reſectum et ligatum.
10. Corpus cauernoſum ſiniſtrum, oſſi iſchii adhaerens.
11. Pars veſicae vrinariae cum bulbo vrethrae.
12. Quadrati lumborum pars.
13. Pars Piriformis dextri reſecti.
14. Pars Coccygei dextri reſecti.
15. Sphincteris ani externi pars oſſi coccygis adhaerens.
16. Coccygeus ſiniſter.
17. Piriformis ſiniſter.
18. Obturator internus.
19. Pars Glutaei maioris.
20. Iliaci interni pars.
21. Pſoae maioris pars.
22. Obturatoris interni reſecti portio.
23. Pectinei pars.
24. Portio Adductoris breuis circa ſuam inſertionem in lineam aſperam reſecti.
25. 25. Portio Adductoris longi reſecti.
26. 26. 26. Adductoris magni pars.
27. Tenſor vaginae femoris.
28. 28. Sartorius.
29. 29. Rectus femoris.
30. 30. Vaſtus internus.
31. 31. Gracilis, reſectus et reclinatus.
32. Semimembranoſi portio.
33. Pars plexus dextri neruorum lumbalium.
34. Neruus cruralis dexter, reſectus.
35. Neruus obturatorius dexter.
36. N. cruralis ſiniſter in plures ramos diuiſus.
37. Neruus obturatorius.
38. Neruus ex concurſu nerui ſacralis ſecundi et tertii lateris ſiniſtri enatus pone Obturatorem internum ſe occultans.
39. Neruus pudendus ſiniſter.
40. Eius continuatio per dorſum penis.
41. Rami nerui pudendi dextri.
42. Neruus ſympathicus dexter.
43. — — — — ſiniſter.
44. Arteria aorta paullo ſupra diuiſionem ſuam.
45. Art. ſacra media cum venis ſociis.
46. Art. iliaca dextra cum vena ſocia.
47. — cruralis.

48. Art. hypogaſtrica,
49. — iliaca ſiniſtra,
50. — cruralis.
51. — hypogaſtrica,
52. — obturatoria.
53. — ſacra lateralis ſiniſtra.
54. — pudenda communis ſiniſtra.
55. Rami ad penem transeuntes.
56. Art. pudenda dextra.
57. — circumflexa ilium.
Omnes hae arteriae venas ſocias habent.
58. Vena caua inferior.
59. Vena dorſalis penis.
60. 60. Plexus venoſus veſicalis.
61. Duo trunci abſorbentes ex cruralibus.
62. Eorundem truncorum continuatio vsque ad glandulam ſequentem (63).
63. Glandula venae crurali adcumbens circa inſertionem venae ſaphenae.
64. Trunci ex facie poſteriore vaſorum cruralium aduenientes, tum in eandem glandulam tum in glandulam 65 inſerti.
65. Glandula lateri interno venae cruralis adcumbens.
66. Trunci circumflexi interni, qui juxta vaſa ſanguifera eiusdem nominis decurrentes in glandulam 63, transeunt.
67. Plexus vaſorum abſorbentium, qui ſe a glandula 63 ad 65 confert.
68. Truncus, qui ex facie poſteriore arteriae cruralis ad anteriorem ſe confert, ac ſtatim in duos ramos diuiditur, quorum prior glandulam 63 adit, alter in plures ramos diuiſus varias glandulas ſubit.
69. Glandula lateri interno venae cruralis adcumbens, ex qua truncus exit ad glandulam 65.
70. Duae glandulae lateri externo arteriae cruralis adpoſitae.
71. Poſtremus truncus ex cruralibus, in glandulam 72 transiens.
72. Glandula lateri externo arteriae cruralis adcumbens.
73. Trunci circumflexi externi femoris, qui in primam glandulam 70 ſe immittunt.
74. Trunci epigaſtrici cum arteria eiusdem nominis reſecti, qui in glandulas 70 ſe immittunt.
75. Glandulae, quae inter arteriam cruralem et Pſoam locantur.
76. Aliae glandulae, Pſoae et arteriae iliacae adcumbentes. Hae glandulae inter ſe et cum vicinis communicant.
77. 77. 77. Glandulae latus ſiniſtrum et inferiora peluis occupantes.
78. 78. Glandulae, quae circa vertebram lumborum quintam, os ſacrum ac venam iliacam ſiniſtram ſedent.
79. 79. 79. Glandulae, quae aortae at venae cauae incumbunt.
80. 80. 80. Glandulae, quae in latere dextro vaſis iliacis et cruralibus adſident.

Plexus vaſorum abſorbentium, quibus omnes hae glandulae inter ſe communicant, numeris notati non ſunt, quia per ſe patent.

EXPLICATIO
TABVLAE CXXXVIII.

Fig. 1. *Muſculis Pſoa et Iliaco interno remotis, oſſe ilium partim reſecto, vaſis ſanguineis cruralibus diductis ac filo ſuſpenſis, oſtenditur plexus abſorbens iliacus ſiniſter.*

Mascagni *Vaſor. lymphaticor. hiſtor.* Tab. XII. Fig. 1. (¾)

1. Os ilium.
2. — pubis.
3–5. Vertebra lumborum tertia, quarta, quinta.
6. 6. 6. Acus, quae fili ope vaſa ſanguifera in ſuſpenſo tenent.
7. Portio Recti femoris.
8. Pars membranae capſularis femoris.
9. 9. Portio muſculorum obliquorum et transuerſi abdominis.
10. Ligamentum peluis anticum ſuperius.
11. Quadrati lumborum pars.
12. Neruus cruralis.
13. — — obturatorius.
14. Arteria aorta, in latus dextrum reclinata.
15. — — iliaca dextra.
16. — — — ſiniſtra.
17. — — hypogaſtrica.
18. — — cruralis, ſurſum eleuata.
19. Vena caua.
20. Plexus, quem nonnulla abſorbentia cruralia formant, dum juxta arteriam cruralem extrorſum et nonnihil poſterius decurrunt.
21. Glandula lateri externo arteriae cruralis adcumbens, eo ipſo in loco, quo ex cauitate ſe ſubducit, in quam ſe immittit plexus 20.
22. Truncus abſorbens ex cruralium agmine extrorſum deductos, cuius diuiſiones partim glandulam 23 ſubeunt, partim duos plexus edunt, qui in glandulam infimam 24 ſe conferunt.
23. Glandula inter Pſoam et arteriam cruralem locata, plexus ope cum glandula 21 coniuncta.
24. 24. Glandulae inter Pſoam et vaſa ſanguifera ſitae.
25. 25. 25. 25. *Plexus iliacus*, inter Pſoam, vaſa ſanguifera iliaca, os ilium et ſacrum ac vertebram lumborum quintam poſitus, ab abſorbentibus ex glandulis 23 et 24 prodeuntibus formatus.
26. Glandula circa os ſacrum ſita.
27. Glandula inter Pſoam et arteriam cruralem circa eius originem ſita.
28. Glandulae vertebrae lumborum quartae et quintae adcumbentes.

29. 29.

29. 29. Glandulae quartae lumborum vertebrae adcumbentes.

30. Glandulae, quae arteriae aortae adcumbunt.

31. Plexus reſciſſus, qui ex ſuprema ſede glandularum 29 emiſſus ad alias glandulas ſuperius ſitas properat.

Fig. 2. *Latus dextrum peluis et anterior inferioris partis ſpinae dorſi facies infra ſecundam lumborum vertebram, cum veſica et inteſtino recto antrorſum et deorſum reuolutis, vbi conſpicitur decurſus abſorbentium ex veſica, proſtata, veſiculis ſeminalibus et inferiore inteſtini recti parte prodeuntium eorumque concurſus in peluis glandulas cum abſorbentibus ex glandulis inguinalibus profectis.*

Mascagni l. c. Tab. XII. Fig. 2. (⅔)

1. 1. 1. Integumenta reſecta et reflexa.

2—4. Vertebra lumborum tertia, quarta, quinta.

5. 5. Os ilium ſiniſtrum, reſectum.

6. 6. 6. Os ſacrum.

7. Os iſchii dextrum, reſectum.

8. Os pubis, reſectum.

9. 9. Criſta oſſis ilium.

10. Inteſtinum rectum, ſiniſtrorſum et deorſum reclinatum.

11. Veſica vrinaria ab inteſtino recto ſeparata, peritonaeo exuta, ac paullulum extra ſitum ducta, vt faciem poſteriorem oſtendat.

12. Proſtata.

13. 13. Veſiculae ſeminales.

14. 14. Ductus deferentes, reſecti.

15. 15. Vreteres.

16. Obturatoris interni pars.

17. Ligamentum peluis anticum ſuperius.

18. Portio Obliquorum et Transuerſi abdominis.

19. Portio Quadrati lumborum.

20. Pſoas.

21. Iliacus internus.

22. Glutaei maximi portio.

23. Neruus iſchiadicus ſiniſter, reſectus.

24. Neruus cruralis, pariter reſectus.

25. N. obturatorius, reſectus.

Loderi *Tabul. anat. Angiol. Vaſa abſorbentia.*

26. Aorta.

27. Art. iliaca ſiniſtra, reſecta.

28. — — dextra.

29. — cruralis.

30. — hypogaſtrica.

31. — iſchiadica, reſecta.

32. — pudenda.

33. — haemorrhoidalis.

34. — vmbilicalis.

35. — obturatoria.

36. Vena caua.

37. — iliaca ſiniſtra, reſecta.

38. 38. Vaſa abſorbentia reſecta, quae ex glandulis inguinalibus procedunt.

39. Trunci ex cruralibus, qui pone vaſa ſanguifera ſe occultant.

40. Truncus ex iliacis circumflexis, qui ad glandulam 44. fertur.

41. Alius truncus ex peritonaeo procedens.

42. Glandula Iliaco interno adcumbens.

43. Glandulae venae crurali adcumbentes, dum in abdomen intrat.

44. Glandula vtplurimum maior ex iis, quae ſub ligamento Fallopii ſedent.

45. 45. Tres glandulae inter arteriam cruralem et Iliacum internum diſpoſitae, quas trunci ex glandula 44. adeunt.

46. Trunci obturatorii reſecti, qui partim ſe occultant, partim glandulam 47. ſubeunt.

47. Glandula corpori oſſis pubis adcumbens, quae etiam plexus ex glandula 43. recipit.

48. Glandula arteriae vmbilicali adcumbens, quae truncum recipit ex facie anteriore veſicae aduenientem.

49. 49. 49. Trunci, qui ex confluxu ramorum ex facie poſteriore veſicae vrinariae et ex veſiculis ſeminalibus formantur, quorum in ſiniſtro latere rami tantummodo nonnulli conſpiciuntur.

50. 50. Trunci, qui ex facie poſteriore veſicae vrinariae adueniunt et cum truncis 49. confluunt.

51. Truncus maior, ex praedictorum coniunctione formatus, qui ſe inſerit in glandulam maximam 52.

52. Glandula maxima, inter arteriam cruralem et hypogaſtricam poſita, quae tamen interdum minorem magnitudinem habet.

53. Alia glandula Obturatori interno adcumbens.

54. Trunci ex facie anteriore veſicae vrinariae prodeuntes, qui aliis eiusdem veſicae adiuncti ad glandulam 52. tendunt.

55. Trunci, qui ex veſica vrinaria et inteſtino recto oriuntur et partim cum praedictis vniuntur, partim vero concurrunt in glandulam 56.

56. Glandula Piriformi adcumbens. Ex glandula 53. emittitur plexus, qui in hanc producitur: ex hac vero plexus ad glandulam 52. pergit truncusque ad glandulam 63.

57. Vaſa abſorbentia, quae ab inteſtino recto procedunt et partim ad glandulam 56. tendunt, partim in glandulam 58. inſeruntur.

58. Glandula, lateri interno venae hypogaſtricae adcumbens.

59. Duo trunci, qui ex glandula 56. pone vaſa procedunt et in plexum iliacum deſinunt.

60. Glandula, venae crurali adpoſita, quae ex glandula 52. aliquot recipit truncos, qui deinde in vnicum vas coniuncti redeunt ad glandulam 52.

61. Glandula, venae iliacae adcumbens.

62. Trunci ex glandula 61. juxta latus externum venae cauae ſurſum exporrecti.

63. Glandula lateri interno arteriae iliacae dextrae ſupra quintam lumborum vertebram adpoſita.

64. Glandula inter aortam et venam cauam circa earundem diuiſionem ſita.

65. Trunci reſecti, qui ex glandula 64. ſurſum ad alias ferebantur glandulas aortae et venae cauae adcumbentes.

66. Glandulae aortae adcumbentes.

67. Trunci, qui arteriam ſacram mediam comitantur et inſeruntur glandulae 68.

68. Glandula inter os ſacrum et vltimam lumborum vertebram ſita.

69. Truncus ex latere ſiniſtro ſupra venam iliacam ſiniſtram adſcendens, in glandulam 70 ſe demergens.

70. Glandula venae iliacae ſiniſtrae adcumbens.

71. Trunci, qui ex glandula 66. exeunt et pone aortam ſe occultant.

72. Truncus ab vnione truncorum ex glandulis 66. et 70. prodeuntium formatus, qui ad glandulas lateri externo aortae adcumbentes ſuperiores transit.

73. 73. Glandulae lateri aortae externo adcumbentes, inferiores.

74. Trunci reſecti, ad glandulas ſuperiores properantes.

Fig. 3. *Abdomine aperto et coſtarum ſpuriarum portione anterius diſſecta, diaphragmate cum hepate remoto, liene, ventriculo et inteſtinis craſſis receſis, abſorbentia inteſtinorum tenuium ſuperficialia oſtenduntur, ex homine aſcite enecto.*

Mascagni l. c. Tab. XV. (4)

1. 1. Portiones muſculorum abdominalium reſectae et reclinatae.

2—6. Coſta octaua, nona, decima, vndecima, duodecima.

7—12. Vertebra dorſi ſeptima, octaua, nona, decima, vndecima, duodecima.

13. 13. Reſidua pars diaphragmatis.

14. Portio inteſtini duodeni.

15. 15. 15. 15. Portio inteſtini ieiuni.

16. 16. 16. Portio inteſtini ilei.

17. Aorta reſecta.

18. Transuerſi abdominis pars.

19. Quadrati lumborum pars.

20. Venae meſentericae maioris truncus.

21. Vas abſorbens ſuperficiale in portione inteſtini ieiuni, quod ex ramis iuxta inteſtini longitudinem ex aduerſo prouenientibus coaleſcit et ad meſenterium dirigitur. Hoc modo ſe habent reliqua vaſa abſorbentia ſuperficialia inteſtinorum. Satis distincte adparet ratio, qua ad glandulas meſentericas ferantur.

22. 22. Duo trunci, qui ex facie poſteriori adueniunt.

23. Trunci, qui glandulas inteſtinis proximiores praeteruadunt, vt in longinquas ſe immittant, cuiusmodi alii paſſim obſeruantur.

24. Trunci maiores ex glandulis circa radicem meſenterii profecti, qui ad glandulas

las circum pancreas locatas protenduntur.

25. 25. Glandulae aortae adcumbentes, in quas ſe immittunt trunci ex glandulis inferius ſitis aduenientes. Prodeunt ex illis trunci, qui ad ductum thoracicum feruntur.

26. Ductus thoracicus.

27. Truncus ex ductu thoracico, raro exemplo, in hoc cadauere profectus, ad glandulas 28. transiens et dein ad glandulam 29. ſe conferens.

28. 28. Tres glandulae, coſtae nonae ac decimae lateris dextri incumbentes.

29. Glandula corpori vertebrae dorſi octauae incumbens, quae truncum 27. recipit.

30. Truncus 27. ex glandula 29. exiens et ſupra nonam dorſi vertebram in ductum thoracicum ſe immergens.

31. 31. Areae a quibusdam ductus thoracici diuiſionibus formatae.

32. Ductus thoracicus ſupra octauam dorſi vertebram reſectus.

EXPLICATIO
TABVLAE CXXXIX.

Integumentis et muſculis abdominalibus omnino fere deletis, detracto peritonaei ſacco cum viſceribus in eo contentis, femore ac pene integumentis ſuis denudatis, teſticulis ex ſcroto eductis ſuaque tunica vaginali orbatis, adparet concurſus vaſorum abſorbentium ex inguinibus prouenientium in glandulas, quae vaſis ſanguiferis maioribus propius circumſtant, cum abſorbentibus ex teſticulis et ex renibus vtrinque illuc aduectis: conſpiciuntur quoque maximi illi trunci, ex quorum coniunctione ductus thoracicus efformatur.

Mascagni *Vaſor. lymphaticor. hiſtor.* Tab. XIII. (⅔)

1. Vertebra dorſi duodecima.
2—6. Vertebra lumborum prima, ſecunda, tertia, quarta, quinta.
7. Oſſis ſacri coniunctio cum quinta vertebra lumborum.
8. 8. Oſſis ilium criſta.
9. Synchondroſis oſſium pubis.
10. Femur ſiniſtrum, integumentis obtectum.
11. 11. Transuerſus abdominis, reſectus, in vtroque latere.
12. 12. Portiones diaphragmatis ad latera deductae.
13. 13. Ren, vtriusque lateris.
14. 14. Vreter.
15. Penis.
16. 16. Teſticulus.
17. 17. Epididymis.
18. 18. Funiculus ſpermaticus.
19. 19. Pſoas.
20. 20. Iliacus internus.
21. 21. Quadratus lumborum.
22. Tenſor vaginae femoris.
23. Rectus femoris.
24. Sartorius.
25. Adductor longus.
26. Pars aortae, inter vertebram dorſi duodecimam et lumborum primam reſectae, vt origo ductus thoracici conſpiciatur.
27. Alia aortae pars.
28. Arteria iliaca dextra.
29. 29. Art. cruralis dextra, cum vena ſocia.
30. Art. hypogaſtrica dextra.
Eaedem arteriae lateris ſiniſtri facile intelliguntur.
31. Vena caua inferior, inter vertebram lumborum tertiam et quartam reſecta.
32. 32. Art. renalis, reſecta.
33. 33. Vena renalis, reſecta.
34. Art. ſpermatica, reſecta.
35. Vena ſpermatica, reſecta.

36. Glan-

36. Glandula inguinalis inferior et maior, inter Adductorem longum et Sartorium poſita.

37. Alia glandula, minor, Sartorio incumbens.

38. 38. Aliae glandulae, lateri externo Sartorii impoſitae.

39. Alia ac ſuprema glandula, pari modo latus externum Sartorii occupans.

40. Alia, ex maioribus, Sartorio et Iliaco interno incumbens.

41. 41. 41. Tres glandulae, latus internum inguinis occupantes, Pectinaeo et Adductori longo adpoſitae.

42. Paruae glandulae inguinales, quae medium locum inter praedictas occupant.

43. Aliqui trunci ex ſuperficialibus extremitatis inferioris, qui in glandulam 36. inferuntur.

44. Alii, qui in glandulam 37. concurrunt.

45. Truncus, qui bifariam diuiſus in glandulam 37. 38. ſe inferit.

46. Truncus, qui in dextro latere per dorſum penis excurrit et circa pubem in duos ramos diuiditur, quorum alter ſe in glandulam 41. immittit, alter ſe glandulae 40. inſerit.

47. Alter penis truncus, qui directe ad glandulam 40. transit.

48. Truncus maior penis, qui iuxta coronam glandis ex ramis variis oritur, ac per mediam dorſi partem decurrit, tandemque in duos ramos diuiditur.

49. Ramus eius dexter, in duos ramulos diuiſus, qui ad glandulas 41. tendunt.

50. Ramus ſiniſter, qui ſuperiora verſus exporrectus in tres ramulos, ad glandulas inguinales eiusdem lateris decurrentes, diuiditur. — Vaſa abſorbentia penis, cum ad ramum horizontalem oſſium pubis peruenerint, tortuoſe per pinguedinem incedunt, plura ſurſum aliquantisper feruntur ac deſcendunt, vt adeant glandulas inguinales.

51. 51. Glandulae pone ligamentum Fallopii, in latere dextro ſitae.

52. Trunci maiores vaſorum abſorbentium, qui ex glandulis inguinalibus in glandulas 51. ſe immittunt. Omnes glandulae inguinales inter ſe plexibus aut truncis communicant, harum autem ſuperiores aut mediae cum glandulis 51. pari modo colligantur. Ex facie poſteriore glandularum inguinalium oriuntur trunci, qui pone vaſa ſanguifera transeunt. Trunci de glandula in glandulam migrant, quorum nonnulli ad glandulam, a qua prodierant, reuertuntur.

53. 53. Trunci, qui ex glandula 39. procedunt et arcubus factis in eandem redeunt. Hoc ipſum interdum in aliis quoque glandulis obſeruatur.

54. Duo trunci refecti ex iliacis circumflexis, qui in glandulam 51. inferuntur.

55. 55. 55. Glandulae, quae lateri interno arteriae crurali et ipſi arteriae pone ligamentum Fallopii in latere ſiniſtro ſitae erant, paullulum diductae.

56. Glandula lateri interno venae cruralis adpoſita.

57. 57. Truncus, qui, ex glandulis inguinalibus profectus ad os pubis producitur et in arcum flexus ad glandulas 55. ſe confert.

58. Trunci, qui ex glandulis inguinalibus in glandulas 55 ſe immittunt.

59. Alii trunci, qui in glandulam 56. concurrunt.

60. 60. Tres glandulae, quae recipiunt vaſa abſorbentia ex peritonaeo et muſculis abdominalibus.

61. Trunci, qui ex glandulis 60. ad glandulas 55. producuntur.

62. Truncus ex iliacis circumflexis.

63. Glandula muſculo iliaco interno et criſtae oſſis ilium adcumbens.

64. Truncus, qui ex glandula 63. exit, criſtam oſſis ilium tegit, ac tandem ad glandulas 55 ſe confert.

65. 65. Glandulae, quae inter Pſoam et arteriam cruralem in ſiniſtro latere jacent, ab arteria diductae et ſuper Pſoam reclinatae.

66. Parua glandula, quae ad diuiſionem arteriae iliacae inuenitur.

67. 67. Glandulae, quae inter arteriam iliacam et Pſoam ſedent.

68. Vaſa abſorbentia, quae ex glandulis 55. ad glandulas 65. et 66. feruntur.

69. Vaſa abſorbentia, quae ex glandulis 55. in peluim deſcendunt.

70. Vaſa abſorbentia, quae ex pelui adſcendunt et in glandulam 66. inſeruntur.

71. Vaſa abſorbentia, quae, ſupra arteriam iliacam aduecta, ex glandula 66 ad glandulam 65. et 67. ſe conferunt.

72. Alia, quae ex glandula 65. ad glandulam 67. inferiorem et ex hac ad alias 67. transeunt.

73. 73. 73. Glandulae, quae in latere dextro inter Pſoam et arteriam iliacam ſedent.

74. 74. 74. Glandulae, quae venae iliacae dextrae adcumbunt.

75. 75. Vaſa abſorbentia, quae ex glandulis 51. in peluim deſcendunt.

76. Alia, quae ex pelui ad glandulas 73. feruntur.

77. Alia, quae ex pelui inter diuiſionem arteriae iliacae dextrae tranſeunt ac pone eandem ſe occultant.

78. 78. Alia, quae ex glandulis 51. ad glandulas 73. migrant, quibus ſucceſſiue traiectis, ad glandulas 74. producuntur.

79. 79. 79. Glandulae, quae inter quintam lumborum vertebram et os ſacrum ſedent.

80. 80. Glandulae, quae venae hypogaſtricae ſiniſtrae adcumbunt.

81. Vaſa abſorbentia, quae ex pelui ad glandulas 79. in latere dextro adſcendunt.

82. Alii trunci eiusdem lateris, qui, dum ad glandulas 74. ſe conferunt, vaſa ſanguifera iliaca oblique antrorſum ſcandunt.

83. Vaſa abſorbentia, quae in latere ſiniſtro ex pelui adſcendunt et in glandulas 79. 80. ſe inſerunt.

84. Duo trunci, qui pone arteriam iliacam exeunt atque ſupremam ex glandulis 80 adeunt. Glandulae 79. et 80. plexibus ad inuicem emiſſis lata gaudent inter ſe communicatione.

85. Trunci, qui pone vaſa iliaca ſe occultant, vt adeant glandulas corporibus vertebrarum lumbalium adcumbentes.

86. Trunci, qui ex glandulis 80. inferiora verſus flectuntur, dein vero ad ſupremas ex glandulis 74. retorquentur.

87. Plexus, qui a ſuprema glandularum 67. procedit et pone aortam ſe occultat.

88. 88. 88. Glandulae, quae lateri externo aortae adcumbunt.

89. 89. Glandulae lateri externo aortae adcumbentes circa renem ſiniſtrum.

90. 90. 90. 90. Aliae, quae aortae adcumbunt.

91. 91. Aliae, quae inter aortam et venam cauam ſedent.

92. 92. Aliae, quae lateri interno venae cauae circa eius diuiſionem adcumbunt.

93. 93. 93. Aliae, ſupra vertebras lumborum et iuxta externum venae cauae latus ſitae.

94. 94. Vaſorum abſorbentium trunculi, qui per tunicam albugineam teſticuli decurrunt.

95. 95. Trunci in funiculo ſpermatico adſcendentes, in quos illa vaſa (94) confluunt. Hi trunci, dum ſurſum decurrunt, multiplicem patiuntur diuiſionem ac pluries inter ſe communicant, adeo, vt funiculum ſpermaticum, quem ad renes vsque comitantur, circumquaque amplectantur.

96. 96. Trunci maiores ex confluxu vaſorum abſorbentium teſticuli enati, circa diuiſionem arteriae iliacae. Hi trunci denuo in faſciculos ramorum dispertiuntur, qui in ſupremam ex glandulis 89. et in aliquas ex glandulis 90. in ſiniſtro latere confluunt.

97. Trunci vaſorum abſorbentium teſticuli dextri, qui in infimam glandularum 91. ſe inſerunt.

98. 98. 98. Vaſa abſorbentia ſuperficialia renum, quae ex eorum ſubſtantia prodeunt, atque in hilo renali cum profundis confluunt.

99. 99. Vaſorum abſorbentium trunci, qui ex rene ſiniſtro cum vaſis ſanguiferis exeunt et ad glandulas 88. 89. ſe conferunt.

100. 100. Eiusmodi trunci, qui ex rene dextro exeunt et ad glandulas 91. et 93. ſe conferunt.

101. Duae glandulae, quae pone aortam jacebant, juxta latus ſiniſtrum principii ductus thoracici.

Om-

Omnes glandulae, quae aortam et venam cauam circumdant, variis plexibus et truncis vaſorum abſorbentium inter ſe communicant. Ex illis exeunt maiores trunci, qui tandem in ductum thoracicum confluunt.

102. 102. Truncus maior ex confluxu truncorum ex glandulis pone venam cauam et inter illam et aortam prodeuntium enatus, qui admodum dilatatus ſerpentino ductu ſuperiora verſus protenditur, truncos ex latere ſiniſtro aduenientes decuſſat, ac ſupra vltimam dorſi vertebram cum alio magno trunco coaleſcens ductui thoracico originem impertitur.

103. Truncus magnus, ex tribus aliis minoribus, qui ex variis glandulis oriuntur, compoſitus.

104. Truncus, qui ex glandulis, pone aortam et ad latus eiusdem internum ſitis, prodit.

105. Duo minores trunculi ex glandulis 101. accedentes.

106. 106. Maior truncus ex confluxu 103. 104. 105. enatus.

107. Truncus maior, tribus truncis, qui ex glandulis, pone aortam ſitis, enaſcuntur, compoſitus ac ſupra primam lumborum vertebram cum 106. confluens.

108. Truncus maximus, qui, ſupra vltimam dorſi vertebram cum alio maximo trunco 102. confluens, ductum thoracicum edit.

109. Ductus thoracicus, qui in hoc cadauere ita diuidebatur, vt eius diuiſiones aream quandam oblongam interciperent, ac paullo poſt denuo ſibi inuicem iungerentur.

EXPLICATIO
TABVLAE CXL.

Vaſa abſorbentia lienis, renum, capſularum ſuprarenalium, vteri, vaginae et tubarum Fallopianarum. Remota ſunt inteſtina cum ventriculo ac pancreate et magna parte hepatis. Vterus, diſſectis oſſibus pubis, antrorſum et deorſum reclinatus eſt. Praeparatum deſumtum eſt ex cadauere feminae duodecim circiter poſt partum diebus demortuae.

Mascagni *Vaſor. lymph. hiſt.* Tab. XIV. (⅔)

1. Vertebra dorſi vndecima.
2—5. Coſta ſiniſtra octaua, nona, decima, vndecima, inter quas muſculi intercoſtales cernuntur cum vaſis et neruis ſuis.
6. Coſtae duodecimae cartilago.
7. 8. Coſta vndecima et duodecima lateris dextri.
9. 9. Criſta oſſis ilium in vtroque latere.
10. Os pubis ſiniſtrum, reſectum.
11. Interior facies muſculorum abdominis, qui diſciſſi et ad femur reflexi ſunt.
12. Fundus veſicae vrinariae deorſum reclinatae.
13. Vterus deorſum reclinatus, vt eius facies poſterior conſpiciatur.
14. Ouarium dextrum.
15. 15. Ligamenta lata vteri.
16. 16. Venae, quae plexum pampiniformem ſic dictum efficiunt.
17. 17. Renes.
18. 18. Vreteres.
19. 19. Capſulae ſuprarenales.
20. Lien.
21. 21. Hepatis pars.
22. 22. Portiones diaphragmatis reſecti.
23. 23. Quadratus lumborum, dexter et ſiniſter.
24. 24. Pſoas maior.
25. 25. Iliacus internus.
26. 26. Tubae Fallopianae.
27. 27. Fimbriae, quae orificium externum tubarum ſatis amplum circumdant.
28. Aorta.
29. Art. coeliaca, reſecta. Sub illa cernitur art. meſenterica ſuperior, pariter reſecta.
30. 30. Rami arteriae ſplenicae.
31. Art. meſenterica inferior, reſecta.
32. 32. Arteriae iliacae.
33. Arteria ſacra media cum vena eiusdem nominis.
34. Arteria epigaſtrica cum vena ſocia.

Vaſa

Vaſa, quae ad vterum, ouarium et tubas decurrunt, numeris notata non ſunt, qu a facile diſtingui poſſunt.

35. Vena azygos reſecta.

36. — caua inferior.

37. 37. Venae ſuprarenales.

38. 38. — renales ſ. emulgentes.

39. 39. Vena ſpermatica ſiniſtra.

40. 40. — — — dextra.

Reliquae venae facile intelliguntur.

41. 41. 41. 41. Trunci vaſorum abſorbentium a femore aduenientes.

42. 42. 42. Alii, qui a clunibus oriuntur. Hi trunci (41. 42.) ad glandulas inguinales feruntur, quae numeris notatae non ſunt, quia per ſe ſatis patent.

43. 43. Supremae glandulae inguinales, quae ligamento Fallopii adſedebant.

44. Truncus ex lumbis procedens et in easdem glandulas deſinens.

45. Duae glandulae, quae ſupra Iliacum internum ſedent.

46. Truncus, qui ex infima harum glandularum pone ligamentum vteri tranſit et glandulam arteriae crurali adcumbentem adit.

47. Duae glandulae, quae vaſis epigaſtricis in latere ſiniſtro adcumbunt, et abſorbentia epigaſtrica recipiunt.

48. Glandula, quae lateri externo arteriae cruralis adcumbit.

49. Trunci, qui ex glandulis inguinalibus ad glandulam 48. ſe conferunt.

50. Glandulae, quae ad criſtam oſſis ilium pertinent et inter ſe communicant.

51. 51. Glandulae, quae Iliaco interno incumbunt.

52. Truncus, ex ſuprema harum glandularum procedens, qui pone Pſoam ſe occultat, vt ad glandulas vertebris adcumbentes perueniat.

53. 53. 53. Glandulae, quae vtrumque latus peluis occupant.

54. 54. Glandulae, quae ſupra os ſacrum jacent.

55. Glandulae, quae vertebrae lumborum quintae adcumbunt.

56. Glandula, quae venae iliacae ſiniſtrae adſidet.

57. Glandulae lateri externo arteriae iliacae ſiniſtrae adpoſitae.

58. 58. 58. 58. Glandulae, quae ſub arteriis renalibus aortae adiacent vsque ad diuiſionem eius.

59. 59. Glandulae, quae adiacent venae iliacae dextrae.

60. 60. Glandulae, quae venae cauae inſident.

61. Vaſa abſorbentia, quae ex veſica vrinaria ad infimam glandularum 53. in latere ſiniſtro adſcendunt.

62. 62. Trunci, qui ex facie anteriore et poſteriore atque ex ipſa ſubſtantia vteri prodeunt et in glandulas 53. inſeruntur.

63. 63. Trunci ex vagina, veſica vrinaria et inteſtino recto aduenientia, quae in ſupremam ex glandulis 53. transeunt.

64. Trunci, qui ex plexu iliaco oriuntur atque inter venam et arteriam iliacam ſiniſtram prodeunt ſeque in varias glandulas immergunt.

65. Trunci, qui ex facie anteriore oſſis ſacri ad glandulam 54. tendunt.

66. 66. Trunci, ab vnione vaſorum abſorbentium ſuperficialium et profundorum vteri formati, qui per eiusdem faciem poſteriorem ad truncum 67. feruntur.

67. Truncus, qui cum aliis coniungitur ex facie anteriore vteri huc aduenientibus.

68. Trunci, qui ex facie anteriore vteri ad truncum maiorem 69. feruntur.

69. Truncus maior ex confluxu truncorum 67. et 68. enatus, qui ad formationem plexus ouario adcumbentis concurrit.

70. Plexus vaſorum abſorbentium, qui ouario ſiniſtro accumbebat.

71. Alius truncus ab vnione ramorum ex facie anteriore et poſteriore vteri enatorum formatus, qui ad plexum 70. accedebat.

72. Tertius truncus ab vnione ramorum ex facie anteriore et poſteriore vteri circa fundum et ex ipſo fundo prodeuntium formatus, qui in eundem plexum concurrit.

73. 73. Trunci, qui ex tuba Fallopiana ſiniſtra procedunt et ad eundem plexum ſe conferunt.

74. 74. Truncus maior, qui ex eodem plexu pro-

procedit et ſurſum cum vaſis ſpermaticis progreditur.

75. Duo trunci ex eodem plexu orti, ac dein in vnum coniuncti, qui pone vaſa ſpermatica adſcendit.

76. Plexus, ex truncis 74. et 75. enatus, qui in glandulas aortae adcumbentes (58) transit.

77. Trunci, qui ex facie vteri poſteriore procedunt et in dextro latere vteri coadunantur, vbi cum truncis ex facie anteriore aduenientibus vniuntur et in truncum maiorem 78. confluunt.

78. Truncus maior, qui cum faſciculo vaſorum ſpermaticorum adſcendit, et ad glandulas 60. fertur.

79. Alii trunci ex facie anteriore ac poſteriore vteri et ex eius fundo prodeuntes, qui pone ouarium dextrum ſe occultant et plexum circa ouarium poſitum adeunt.

80. Trunci, ex praedicto plexu orti, qui ad glandulas 58. et 60. ſe conferunt.

81. 81. 81. 81. Abſorbentia ſuperficialia renum, quae in ſubſtantiam eorundem ſe occultant.

82. 82. Alia ſuperficialia, quae cum profundis, dum ex hilo renali prodeunt, vniuntur.

83. Trunci, qui ex hilo renali dextro prodeunt et ad glandulas pone venam cauam ſitas ſe conferunt.

84. Trunci, qui ex hilo renali ſiniſtro prodeunt et ad glandulam 58. ſe conferunt.

85. Glandulae, quae arteriae et venae renali ſiniſtrae adcumbunt, truncosque ex ipſo rene prodeuntes recipiunt.

86. Truncus ex capſula ſuprarenali ad glandulas 85. ſe conferens.

87. Glandulae, quae cruribus diaphragmatis ſiniſtris adcumbunt truncosque ex glandulis 85. recipiunt.

88. 88. Glandulae lieni adcumbentes.

89. 89. 89. Glandulae, quae vaſis lienalibus adſident. In has concurrunt vaſa abſorbentia lienis nec non nonnulla ex pancreate et omento.

90. 90. 90. 90. Abſorbentia ſuperficialia lienis, quae in eius ſubſtantiam ſe demergunt et cum profundis communicant.

91. 91. Alii trunci ſuperficiales, qui ad glandulas 88. feruntur.

92. Duo trunci maiores, in quos coadunantur abſorbentia lienis, qui ad glandulas 58. tendunt.

93. Truncus maior, reſectus, ex glandulis circa originem arteriae meſentericae ſuperioris profectus, ad glandulam 58. transiens.

94. Truncus maior, reſectus, ex profundis hepatis enatus, in glandulam 60. ſe demergens.

95. Glandulae, quae cruribus dextris diaphragmatis adcumbunt.

96. Trunculi, qui a ligamento hepatis laterali dextro procedunt, abſciſſi.

97. Vaſa abſorbentia a facie concaua lobi dextri hepatis prodeuntia.

98. Ductus thoracici pars.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE CXLI.

Vaſa abſorbentia inteſtini coli eorumque iter ad glandulas vsque aortae et venae cauae circumpoſitas, in quibus concurrunt cum abſorbentibus inteſtinorum tenuium aliisque ex vtero, renibus, liene et ventriculo prouenientibus. Colon inflatum et expanſum eſt.

Mascagni *Vaſor. lymphaticor. hiſtor.* Tab. XVI. (⅔)

1. 1. 1. 1. Facies poſterior ſeu inferior ventriculi a colo transuerſo partim obtecta.
2. 2. Facies concaua hepatis, quae ab inteſtino colo obtegitur.
3. Veſiculae felleae fundus.
4. 4. Integumenta femoris reflexa.
5. Os ilium dextrum.
6. 6. Oſſa pubis diſſecta.
7. Inteſtinum ileon ad ſuam inſertionem in colon reſectum.
8. Inteſtinum coecum.
9. 9. Colon dextrum.
10. 10. — transuerſum.
11. 11. — ſiniſtrum.
12. Inteſtinum rectum.
13. Vterus deorſum reuolutus.
14. Vaginae pars.
15. Ligamentum latum vteri dextrum.
16. 16. Tuba Fallopiana.
17. Fimbria.
18. Fundus veſicae vrinariae deorſum reuolutae.
19. 19. Meſenterium reſectum.
20. Pancreatis pars.
21. Lien.
22. Capſula ſuprarenalis ſiniſtra.
23. Ren ſiniſter.
24. — dexter.
25. Cartilago interuertebralis vltima inter vertebram lumborum quintam et os ſacrum.
26. Aorta.
27. Art. ileocolica cum vena ſocia.
28. — colica dextra.
29. — colica media.
30. — meſenteria inferior.
31. — colica ſiniſtra.
32. — haemorrhoidalis interna.
33. — gaſtroepiploica dextra.
34. — renalis ſiniſtra, quae vena ſocia obtegitur.
35. Art. renalis dextra, etiam vena ſua obtecta.
36. — iliaca dextra.
37. — — ſiniſtra.
38. 38. Art. cruralis dextra.
39. Art. hypogaſtrica dextra.
40. — pudenda communis, reſecta.
41. — vmbilicalis, reſecta.
42. — vterina.

Omnes hae arteriae venis eiusdem nominis comitantur.

43. Vena portarum.

44. — lienalis ſ. ſplenica.

45. 45. Vena caua inferior.

46. Vena ſpermatica ſiniſtra, in venam emulgentem deſinens.

47. — ſpermatica dextra, in venam cauam deſinens.

48. — cruralis ſiniſtra.

49. 49. Vaſa abſorbentia, quae vtrinque ex glandulis inguinalibus oriuntur.

50. Glandulae, quae arteriae crurali dextrae adcumbunt.

51. 51. 51. Glandulae, quae venae crurali adſident.

52. Glandula, quae inter arteriam cruralem et hypogaſtricam ſedet.

Omnes hae glandulae variis truncis abſorbentibus ſibi inuicem junguntur.

53. Trunci ex glandula 52. et ex ſuprema glandularum 51. profecti, qui pone arteriam iliacam ſe occultant, vt alias adeant glandulas vertebrarum corporibus adcumbentes.

54. Trunci, qui ex glandula 52. proficiſcuntur pone arteriam hypogaſtricam transeunt et ad os ſacrum vltimamque lumborum vertebram protenduntur. Hi diuerſos plexus formant, et partim in latere ſiniſtro ad glandulas vaſis iliacis adcumbentes, partim in dextro latere ad eas, quae venae cauae adhaerent, protenduntur.

55. Glandula, quae inter Pſoam et arteriam cruralem ſedet, ex qua plexus ad glandulam venae iliacae dextrae adcumbentem fertur.

56. 56. Glandulae venae cauae et venae iliacae adcumbentes, in quas concurrunt plexus ex glandula 55. et ex truncis 54. profecti.

57. Truncus maior, qui ex glandulis 56. oritur, pone venam cauam ſe occultat, alias glandulas adit tandemque ad ductum thoracicum fertur.

58. Truncus, qui in latere ſiniſtro ex glandulis peluis adſcendit et ſe pone aortam occultat.

59. Plexus vaſorum, qui ex glandulis peluis procedit et glandulae inferiori 61. ſe inſerit.

60. Trunci, qui iuxta latus externum arteriae iliacae decurrunt et ad glandulas lateri externo arteriae aortae adcumbentes 61. feruntur.

61. 61. Glandulae arteriae crurali et aortae adcumbentes.

62. Trunci, ex vtero ad glandulam 52. procedentes.

63. 63. 63. Trunci, qui ex tuba Fallopiana oriuntur.

64. 64. 64. Trunci, qui ex facie anteriori et fundo vteri originem ducunt.

65. Plexus, ouario adcumbens, in quem concurrunt trunci 63. et 64.

66. 66. Trunci, qui ex plexu 65. oriuntur et cum vena ſpermatica vsque ad renes protenduntur, ac tandem in glandulas inter aortam et venam cauam ſitas ſe inſerunt.

67. Trunci, qui ex ſiniſtro latere vteri procedunt, et ad glandulas lateri externo aortae circa renes adcumbentes feruntur.

68. Trunci, qui ex rene dextro oriuntur et ad glandulas inter venam cauam et aortam ſitas feruntur.

69. Trunci, qui ex facie concaua hepatis procedunt et ad easdem glandulas procedunt.

70. Truncus maior ex ſuperficialibus concauae ſuperficiei lobi dextri hepatis enatus, qui ſupra venam cauam decurrendo plexum format tandemque ad easdem glandulas fertur.

71. Truncus ab vnione ramorum ex hilo renis ſiniſtri prodeuntium formatus, qui in ſupremam ex glandulis aortae adſidentibus deſinit.

72. Trunci, qui ex rene ſiniſtro pariter procedunt et pone vaſa renalia maiora ſe occultant, vt glandulas pone aortam ſitas adeant.

73. Trunci, qui ex ligamento laterali hepatis ſiniſtro adueniunt et pone vaſa maiora renalia ad glandulas aortae adcumbentes feruntur.

74. Trunci e capſula ſuprarenali ſiniſtra prod-

prodeuntes, qui ad glandulas easdem feruntur.

75. Trunci, qui ex liene oriuntur.

76. Glandulae venae lienali adcumbentes, ad quas trunci 75 tranſeunt.

77. 77. Glandulae ſuperficiei poſteriori ventriculi circa curuaturam minorem adcumbentes, quae recipiunt abſorbentia ex facie poſteriore ſeu inferiore ventriculi orta et truncos emittunt, qui ad alias glandulus juxta curuaturam minorem ventriculi diſpoſitas feruntur.

78. 78. 78. 78. Glandulae, quae ſecundum curuaturam maiorem ventriculi ſitae ſunt. Quaeuis ſuos recipit truncos ex facie inferiore ſeu poſteriore ventriculi ortos aliosque ex ipſa ſubſtantia et interiore ventriculi ſuperficie prodeuntes. Hi trunci ex glandula, quam prius attigerunt, transeunt in eas, quae ſuccedunt, atque ſucceſſiue in alias, perpetuo a ſiniſtro ad dextrum latus ſecundum ventriculi curuaturam, donec perueniant ad glandulas, quae pyloro propius adſident.

79. 79. 79. Glandulae, quae partim principio inteſtini recti, partim extremo inteſtini coli adſident truncosque ex hisce inteſtinis recipiunt.

80. Glandulae vaſis ſanguiferis haemorrhoidariis adſidentes, ad quos trunci ex glandulis 79 exeuntes feruntur.

81. 81. 81. Glandulae inteſtino colo ſiniſtro adſidentes, quae nonnullos truncos ex colo prodeuntes recipiunt.

82. Glandula vaſis haemorrhoidariis internis adcumbens, ex qua trunci exeunt, qui tum ad glandulam 61. tum ad glandulam 84. feruntur.

83. Glandula inteſtino colo adcumbens, in quam concurrit plexus ex glandulis 81. emiſſus.

84. Glandula vaſis ſanguiferis et colo adcumbens, in quam confluunt trunci ex glandulis 82. et 83. exeuntes. Ex hac exeunt duo trunci, qui in vnum confluunt tandemque ad glandulam aortae adſidentem abeunt.

85. Glandula vaſis ſanguiferis coli adſidens.

86. 86. 86. Glandulae, quae arcui adcumbunt, quem vaſa ſanguifera in flexura iliaca inteſtini coli formant. In has glandulas ſe immittunt trunci ex colo profecti, qui ex ſuperiore glandula ſucceſſiue in inferiores tranſeunt, donec formentur trunci, in truncum maiorem 87. confluentes.

87. Truncus maior, in glandulam aortae adcumbentem ſe demergens.

88. 88. 88. 88. 88. Glandulae venae cauae et aortae adcumbentes, quae truncos ex variis praedictis glandulis recipiunt variisque plexibus inter ſe communicant.

89. 89. 89. 89. 89. Glandulae circa vaſa ſanguifera maiora partis ſiniſtrae coli transuerſi et partem ſuperiorem coli ſiniſtri ſitae, quae truncos ex hac parte coli recipiunt.

90. Truncus ex hisce glandulis 89. enatus, in glandulam 91. deſinens.

91. Glandula, quae venae meſentericae maioris trunco adſidet.

92. 92. 92. 92. Glandulae vaſis ſanguiferis mediae coli transuerſi parti adſidentes, quas ſubeunt trunci ex eadem parte coli prodeuntes. Hae ſuos emittunt truncos ex iis, quae dexterius ſedent, in alias ſiniſtram partem verſus diſpoſitas, vt demum cum abſorbentibus coli ex glandulis 89. prodeuntibus coeant.

93. 93. 93. Glandulae circa vaſa ſanguifera in dextra parte coli transuerſi diſpoſitae, quae pariter abſorbentia ex colo recipiunt. Ex his trunci prodeunt, qui ſucceſſiue in alias glandulas a ſiniſtris in dexterius ſitas producuntur, et tandem ſe immittunt in eas, quae ad radicem meſenterii reſident, vbi cum iis confluunt, quae ex colo dextro et inteſtinis tenuibus adueniunt.

94. 94. 94. 94. Glandulae radici meſenterii circumpoſitae, vbi coadunantur truncis, qui ex inteſtinis tenuibus adueniunt et hic refecti cernuntur.

95. Nonnulli trunci refecti, qui cum vaſis ſanguiferis ileocolicis ex inteſtino ileo procedebant.

96. 96. 96. 96. 96. 96. Glandulae juxta vaſa ſanguifera colica dextra diſpoſitae, quae recipiunt abſorbentia ex coeco et ex parte dextra coli prodeuntia et truncos emittunt, qui partim pone meſenterium ſe occultant, vt adeant glandulas circa ipſius radicem diſpoſitas, hic ab aliis tectas, partim glandulam 97.

97. Glandula vaſis ſanguiferis colicis in dextro latere adcumbens. Ex hac exeunt duo trunci, qui ad glandulam 98. feruntur.

98. Glandula vaſis ſanguiferis ileocolicis circa radicem meſenterii adpoſita.

99. 99. 99. 99. Glandulae radicem meſenterii occupantes, pancreati circumpoſitae, quae recipiunt truncos ex 94. et 98. emiſſos.

100. Plexus, qui ex infima glandularum 99. prodeunt, pone venam emulgentem ſiniſtram ſe occultant, tandemque glandulas adeunt inter et pone venam cauam et aortam ſitas.

Varii plexus, quibus glandulae ſupra deſcriptae inter ſe communicant, numeris notati non ſunt, quia facile intelliguntur.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE CXLII.

Fig. 1. *Vaſa abſorbentia, quae conuexam hepatis ſuperficiem occupant.*

Mascagni *Vaſor. lymph. hiſt.* Tab. XVII. (½)

1. 1. 1. 1. Portiones diaphragmatis.
2. 2. Lobus dexter hepatis.
3. 3. — — ſiniſter.
4. Veſiculae felleae fundus.
5. Ligamentum ſuſpenſorium.
6. — — — ſiniſtrum.
7. — — — dextrum.
8. Truncus abſorbens magnus, in quem vt plurimum coadunantur pleraque vaſa abſorbentia, quae ad ligamentum ſuſpenſorium tendunt. Penetrat per ſpatium triangulare, quod originibus diaphragmatis a cartilagine enſiformi et a parte cartilaginea coſtae ſiniſtrae ſextae prouenientibus interiectum eſt, tandemque in ramos diuiſus adit glandulas juxta decurſum venae mammariae internae diſpoſitas.
9. Trunci, qui ex conuexa facie lobi ſiniſtri hepatis in ligamentum ſiniſtrum coadunantur, ac deinde, vbi ad diaphragma peruenerint, dextrorſum excurrunt, dein oblique antrorſum flectuntur, vt adeant glandulas cardiae circumpoſitas.
10. Trunci, ex facie conuexa eiusdem lobi procedentes, qui ex ligamento ſiniſtro ad diaphragma producuntur, ac per faciem eiusdem concauam excurrendo ad glandulas cruribus ſiniſtris diaphragmatis adcumbentes ſe conferunt.
11. 11. Trunci, qui a facie conuexa hepatis ad concauam migrant.
12. Truncus, qui per ligamentum dextrum diaphragmate perforato in cauum thoracis migrat, ac juxta coſtam duodecimam decurrendo ad diuerſas glandulas eidem coſtae adcumbentes ſe confert.
13. Alius truncus, qui ad ligamentum dextrum producitur et per dehiſcentes fibras diaphragmatis penetrat in cauum thoracis, vt tandem reflexo itinere redeat in abdominis cauum ad glandulas inter venam cauam et diaphragma ſitas.
14. Trunci, qui juxta hepar decurrentes partim ad glandulas modo dictas concurrunt, partim in cauum thoracis transeunt ad glandulas diaphragmati in regione oeſophagi adcumbentes.

15. Truncus ex iis, qui perforato diaphragmate ad modo dictas glandulas tranſit.

Deſunt hac in figura ii trunculi, qui in ſuperficie hepatis hic illic radiatim veluti in centrum concurrunt, vt in truncos coëant, qui in hepatis ſubſtantiam ſe inſinuant et cum profundis communicant: deſunt quoque illi trunci, qui per margines decurrendo ramos ſuos accipiunt ex vtraque hepatis facie. Hos aeque ac illos in Figura 2 cernere licet.

Fig. 2. *Hepate dextrorſum et ſurſum reclinato et ventriculo ſiniſtrorſum deducto, adparet ſuperficies concaua hepatis et facies anterior ſ. ſuperior ventriculi cum vaſis abſorbentibus et glandulis huc ſpectantibus.*

Mascagni l. c. Tab. XVIII. (⅔)

1. 1. Lobus ſiniſter hepatis.
2. 2. — dexter.
3. 3. — quadratus.
4. Lobulus Spigelii.
5. Veſicula fellea.
6. Ductus cyſticus.
7. Vena portarum reſecta.
8. Ligamentum ſuſpenſorium.
9. — — — teres, quod olim fuerat vena vmbilicalis.
10. Lig. laterale ſiniſtrum.
11. Diaphragmatis portio.
12. 12. 12. Ventriculi curuatura maior.
13. 13. Minor.
14. Cardia.
15. Pylorus.
16. Duodeni pars.
17. 17. Renes, quorum ſiniſter maxima ex parte a ventriculo obtegitur.
18. 18. Portiones Tranſuerſi abdominis.
19. Portio Quadrati lumborum dextri.
20. 20. Pſoas maior.
21. Crus internum dextrum diaphragmatis.
22. Siniſtrum.
23. 23. Aorta.
24. Art. coeliaca, reſecta.
25. — meſenterica ſuperior, pariter reſecta.
26. Art. renalis ſiniſtra.
27. — — dextra.
28. Art. meſenterica inferior, reſecta.
29. 29. Art. coronaria ventriculi cum vena ſocia.
30. 30. Vena caua inferior.
31. Vena emulgens ſ. renalis ſiniſtra, reſecta.
32. — — — — — — dextra.
33. — ſpermatica dextra.
34. Vreter dexter, reſectus.
35. Truncus abſorbens reſectus, qui a peritonaeo adueniebat et ſupra pinguedinem renis exporrigebatur.
36. Truncus, in quem coadunantur quaedam renis abſorbentia ex hilo procedentia, in plures ramos diuiſus, qui ad glandulam 48. pergit.
37. Trunci, qui ex eodem rene procedunt et ad glandulas pone venam cauam ſitas tendunt.
38. Trunci, qui ex teſticulo dextro et ex glandulis inferius ſitis producitur ad glandulam 39.
39. Glandula venae cauae adcumbens.
40. Truncus ex glandula illa profectus ſupra venam cauam ſurſum porrigitur et in duos minores truncos diuiditur.
41. Duo trunci, qui ad glandulas pone venam cauam tranſeunt.
42. Glandula inter venam cauam et aortam ſita.
43. Trunci, qui ex glandulis inferioribus ad glandulas lateri externo aortae adpoſitas 44. feruntur.
44. Glandulae lateri externo aortae infra arteriam meſentericam inferiorem adcumbentes.
45. Truncus abſorbens ex meſentericis inferioribus, in glandulam 46. ſe immittens.
46. 46. Glandulae arteriae meſentericae inferiori adcumbentes.
47. Glandula lateri externo aortae paullo ſupra arteriam meſentericam inferiorem adpoſita.
48. Alia maior glandula ſupra aortam, in quam concurrunt varii trunci ex rene dextro, peritonaeo et hepate aduenientes.
49. Trunci, qui ex rene ſiniſtro procedunt et in glandulam 52. inferuntur.

50. Glan-

50. Glandula cruri ſiniſtro diaphragmatis ſupra capſulam ſuprarenalem adcumbens, in quam concurrunt nonnulli trunci ex glandulis meſocoli aduenientes.

51. 51. Glandulae infra illam (50) diſpoſitae, quae truncos ex priori exeuntes recipiunt.

52. 52. 52. Glandulae lateri externo aortae adcumbentes.

53. Glandulae, quae diaphragmati pone pancreas adcumbunt truncosque ex glandulis circa radicem meſenterii diſpoſitis aduenientes recipiunt,

54. 54. Glandulae, quae pone pancreas parti ſiniſtrae diaphragmatis et aortae adcumbunt truncosque ex glandulis, quae vaſis ſanguiferis lienalibus adpoſitae ſunt, aliisque ex glandulis recipiunt.

55. 55. 55. 55. Trunci, qui ex ventriculi facie anteriore ſ. ſuperiore procedunt et ad glandulas 56. abeunt.

56. 56. Glandulae ſecundum curuaturam ventriculi minorem diſpoſitae.

57. 57. Trunci, qui a fundo ventriculi et ex facie anteriore prope cardiam proueniunt atque ad glandulas 58. feruntur.

58. Glandulae, quae curuaturae ventriculi minori circa cardiam adcumbunt.

59. Trunci ex regione cardiae aduenientes.

60. 60. Glandulae cruri interno ſiniſtro diaphragmatis adcumbentes, in quas concurrunt trunci ex variis glandulis et ex hepate aduenientes.

61. 61. Trunci, qui a ligamento ſiniſtro hepatis procedunt.

62. Truncus pone cardiam ad glandulas circa vaſa ſanguifera ſplenica diſpoſitas decurrens.

63. 63. Trunci, qui a ligamento hepatis ſiniſtro per diaphragma ad glandulas circa vaſa lienalia diſpoſitas tranſeunt.

64. 64. 64. Truncus, qui juxta marginem inferiorem lobi hepatis ſiniſtri decurrit ramosque accipit ex vtraque facie hepatis aduenientes, ac tandem ad ligamentum ſiniſtrum fertur, vbi in duos ramos dehiſcit, qui ad glandulas vaſis lienalibus adcumbentes ſe conferunt.

65. Truncus maior e ramis a concaua facie hepatis aduenientibus formatus, qui in duos minores truncos diuiditur, quorum alter ſe inferit glandulae 60. alter vero ad glandulam 83. tranſit.

66. Alius truncus pariter ex concaua hepatis facie procedens, qui etiam ad glandulam 83. ſe confert.

67. Duo trunci ex parte media inter lobum dextrum et ſiniſtrum procedentes, qui in plures ramos diuiſi ad glandulas 83. concurrunt.

68. Truncus concurſu ramorum ex facie conuexa lobi hepatis dextri aduenientium formatus, qui cum aliis ad ligamentum ſuſpenſorium concurrentibus coniungitur.

69. Trunci, qui ex eadem facie conuexa proueniunt atque per ligamentum ſuſpenſorium ad concauam faciem migrant.

70. Truncus ex iis (69) enatus, qui ad veſiculam felleam ſe confert.

71. Trunci ex iisdem (69), qui ſecundum foſſam venae vmbilicalis vsque ad ſinum venae portarum decurrunt, dein vero cum profundis hepatis ad glandulas lobulo Spigelii et duodeno adcumbentes pergunt.

72. Truncus, qui a conuexa facie ad concauam tranſit.

73. Truncus ex diuiſione prioris (72) enatus, qui per veſiculam felleam reptando plures diuiditur ſuisque ramis ſuperficiem eius amplectitur.

74. Truncus, qui pariter ex diuiſione trunci 72. procedit et per faciem concauam hepatis excurrit.

75. Truncus, qui ex facie conuexa hepatis ad concauam fertur et cum priore (74) confluit.

76. Truncus, qui circa collum veſiculae felleae ex concurſu minorum oritur et ad glandulam 77. tranſit.

77. Glandula collo veſiculae felleae adcumbens, ex qua trunci ad glandulam duodeno adcumbentem feruntur.

78. Truncus ex vnione truncorum 74. 75. formatus, qui per faciem hepatis concauam decurrit pluresque ramos recipit

ac tandem verſus collum veſiculae felleae porrigitur.

79. Duo trunculi ex diuiſione prioris (78) enati, qui pone collum veſiculae felleae ſe occultant et cum profundis communicant.

80. Duo trunci ex diuiſione maioris enati, quorum alter in ramos diuiſus ſiniſtrorſum decurrit tandemque cum profundis communicat, alter vero, etiam in ramos diuiſus, tandem ad glandulas venae cauae et aortae adcumbentes ſe confert.

81. Maiores trunci, qui ex concurſu variorum in concaua facie lobi dextri hepatis decurrentium formantur, tandemque in varios ramos diuiſi ad glandulas 48. ſe conferunt.

82. 82. 82. Trunci ex profundis hepatis, qui in regione portarum exeunt, venam portarum, arteriam hepaticam ductusque bilarios amplectuntur.

83 83. Glandulae duodeno et lobulo Spigelii ac pancreati adcumbentes.

84. Trunci, qui inter lobum ſiniſtrum et lobulum Spigelii ex hepatis ſubſtantia emergunt, cum nonnullis ex facie concaua eiusdem lobi confluunt tandemque ad glandulas 58. et 60. ſe conferunt.

85. Glandula, quae inter lobum ſiniſtrum et lobulum Spigelii ſedet, in quam coadunantur nonnulli trunci ex ſubſtantia hepatis prodeuntes, et ex qua procedunt trunci ad glandulas 60. et 87.

86. Trunci, qui partim ex ſubſtantia hepatis et partim ex ſuperficie conuexa lobi ſiniſtri per ligamentum eiusdem lateris procedunt, ac ſe immittunt in glandulas 58. et 60. atque in glandulam 87.

87. Glandula paullo infra lobulum Spigelii coniunctioni crurum diaphragmatis adcumbens, quae recipit plexum ex ſuprema glandularum 60. aduenientem et truncos nonnullos 86.

88. Glandula pone pancreas ſita, in quam concurrunt trunci ex glandulis 60. 83. et 87. et quae emittit truncos ad glandulas inter venam et aortam ac ſupra aortam diſpoſitas.

89. Glandula pone pancreas circa pylorum ſita.

90. 90. Glandulae venae cauae et cruribus dextris diaphragmatis adcumbentes.

91. 91. 91. Glandulae cruribus ſiniſtris diaphragmatis et aortae paullo infra arteriam meſentericam inferiorem adcumbentes.

92. Glandulae inter aortam et venam cauam juxta venam renalem ſiniſtram ſitae.

93. Glandula infra venam renalem ſiniſtram inter aortam et venam cauam locata.

94. Glandula infra modo dictam (93) inter aortam et venam cauam ſita. Ex illa truncus procedit, qui pone aortam ad alias glandulas ſe confert.

95. Duae glandulae, quae aortae infra arteriam renalem adcumbunt.

96. Duae glandulae, lateri externo aortae ſupra et infra arteriam renalem adcumbentes.

97. Glandula eidem lateri externo aortae paullo infra adcumbens, quae, receptis truncis ex infima glandularum 96. prouenientibus, ex facie poſteriore emittit truncum maiorem, qui pone aortam ad ductum thoracicum transit.

Ratio, qua hae glandulae per varios vaſorum abſorbentium truncos inter ſe communicant, ex ipſa Figura ſatis patet, ideoque peculiari explicatione non eget.

In ſuperficie hepatis conſpiciuntur plura vaſa abſorbentia minora, quae radiatim veluti in centrum concurrunt, adeoque in truncos coeunt, in ſubſtantiam hepatis ſe demergentes et cum profundis communicantes.

EXPLICATIO
TABVLAE CXLIII.

Abdominis et thoracis cauitate aperta, muſculis abdominalibus et coſtis diſſectis, remotis viſceribus vtriusque cauitatis cum aorta et vena caua, deletis tandem muſculis intercoſtalibus internis et Pſoa dextro, cernere licet ductum thoracicum magnum a ſua origine vsque ad eius inſertionem cum variis abſorbentibus vaſis glandulisque huc ſpectantibus.

MASCAGNI *Vaſor. lymphaticor. hiſtor.* Tab. XIX. (4)

1—3. Vertebra colli quinta, ſexta, ſeptima.
4—6. Vertebra dorſi prima, ſecunda, tertia. Reliquae facile intelliguntur.
7. Vertebra dorſi duodecima.
8. Vertebra lumborum quinta.
9. Os ſacrum.
10—21. Coſta prima, ſecunda etc. Secundum marginem inferiorem cuiuslibet coſtae decurrit arteria ſua intercoſtalis cum vena ſocia et neruo ſuo dorſali.
22. 22. Clauiculae reſectae.
23. 23. Criſta oſſis ilium.
24. 24. Iliacus internus.
25. 25. Pſoas ſiniſter.
26. 26. Transuerſus abdominis.
27. 27. Quadratus lumborum.
28. 28. Latiſſimus dorſi.

LODERI *Tabul. anat. Angiol. Vaſa abſorbentia.*

29. 29. Subſcapularis.
30. 30. Anconaeus longus.
31. 31. Biceps.
32. 32. Coracobrachialis.
33. 33. Reſidua pars Pectoralis maioris, reſecti.
34. 34 Deltoideus.
35. 35. Reſidua pars Pectoralis minoris, reſecti.
36. 36. Cucullaris.
37. 37. Leuator ſcapulae.
38. 38. Scalenus anterior.
39. 39. Longus colli.
40. 40. Arteria ſubclauia, reſecta.
41. 41. 41. 41. Art. axillaris.
42. Art. lumbalis dextra prima, reſecta.
43. — — — ſiniſtra quinta, pariter reſecta.
44. 44. Vena jugularis thoracica reſecta.
45. Vena vertebralis dextra cum arteria eiusdem nominis.
46. 46. V. vertebralis ſiniſtra, reſecta.
47. 47. V. jugularis externa colli, reſecta.
48. 48. V. jugularis interna colli.
49. 49. V. ſubclauia.
50. V. ſcapularis ſuperior ſiniſtra.
51. V. cephalica ſiniſtra.
52. V. baſilica ſiniſtra.
53. V. cephalica dextra, reſecta.

54. Con-

54. Continuatio eiusdem trunci.

55. V. baſilica dextra.

56. V. azygos, reſecta.

57. Truncus ex nonnullarum venarum intercoſtalium confluxu formatus, in venam ſubclauiam ſiniſtram deſinens, reſectus.

58. Plexus neruorum brachii ſiniſtri.

59. Vaſa abſorbentia, quae ſupra arteriam iliacam ſiniſtram excurrebant, reſecta.

60. Trunci abſorbentes reſecti, qua procedebant ex glandulis peluis.

61. 61. Trunci reſecti, qui ſupra arteriam iliacam ſiniſtram decurrebant.

62. Trunci reſecti, qui ex glandulis peluis procedebant et pone vaſa iliaca dextra decurrebant.

63. Glandula, quae recipit vaſa abſorbentia ex glandulis lateris ſiniſtri peluis prodeuntia.

64. 64. Trunci ex muſculis abdominalibus et integumentis procedentes, qui circa criſtam oſſis ilium in abdominis cauum penetrant, et ad glandulam 65. ſe conferunt.

65. 65. Glandula criſtae oſſis ilium et Iliaco interno adcumbens.

66. 66. Glandula, quae criſtae oſſis ilium adcumbit juxta ſpinam anteriorem ſuperiorem.

67. 67. Truncus, qui ex praedicta glandula ferebatur ad glandulas lateri externo arteriae cruralis pone ligamentum Fallopii adcumbentes.

68. 68. Glandulae ad Iliaci interni originem ſitae.

69. 69. Glandula, in pinguedine demerſa, quae obtegit ligamentum peluis anticum ſuperius.

70. 70. Truncus, qui pone Pſoam ſe occultat, vt glandulas adeat ibi ſitas.

71. Glandula pone Pſoam locata, quae truncum 70. recipit.

72. Glandula ſupra Quadratum lumborum ſita, in quam ſe confert truncus, ex muſculis abdominalibus emergens.

73. Glandula ex iis, quae ſupra aortam jacent, quam ſubeunt trunci ex aliis glandulis venae cauae et aortae adiacentibus, ex glandulis circa pancreas ſitis et ex rene ac teſticulo ſiniſtro. Reclinata eſt ſiniſtrorſum ſupra Pſoam.

74. Glandulae, quae ſupra venam cauam atque inter hanc et aortam jacebant circa arteriam meſentericam inferiorem, dimotae a ſitu ſuo et in latus dextrum reclinatae. Reſecti ſunt trunci, per quos cum aliis glandulis circa arterias iliacas poſitis communicabant.

75. Trunci reſecti, qui ex rene dextro procedebant.

76. 76. Trunci reſecti, qui ex rene ſiniſtro et ex glandulis ſupra aortam ſitis procedunt.

77. 77. 77. Glandulae, quae ſupra venam iliacam ſiniſtram et vertebram lumborum quintam jacent. Partim deleti, partim reſecti ſunt trunci, per quos hae glandulae cum aliis ſupra aortam et venam cauam ſitis communicant.

78. 78. 78. 78. 78. Glandulae lateri externo aortae adiacentes, quae vario modo inter ſe communicant.

79. 79. 79. 79. Glandulae, quae pone venam cauam in latere dextro locantur.

80. 80. 80. Glandulae, quae pone aortam et venam cauam in parte media ſedent.

81. Glandula incumbens trunco maiori, qui immediate in ductum thoracicum tranſit.

Omnes praedictae glandulae variis truncis et plexibus inter ſe communicant, tandemque truncos maiores edunt, qui ductui thoracico originem impertiuntur.

82. Trunci maiores formati ab vnione truncorum procedentium ex duabus glandulis ſupremis 80., qui ſupra tertiam lumborum vertebram ſimul confluentes primam ductus thoracici originem conſtituunt.

83. Truncus maior, qui ex vna glandularum 79. inter ſecundam et tertiam lumborum vertebram ſitarum emergens, a dextro latere in ſiniſtrum exporrigitur, ductum thoracicum decuſſat et in illum aperitur ſupra duodecimam dorſi vertebram.

84. Alius truncus maior, a ſupremis glandularum 79. profectus, qui per rimam inter

inter crura dextra diaphragmatis transibat, atque inter vertebram dorſi vndecimam et duodecimam confluebat in ductum thoracicum.

85. Truncus maior, ex glandula 73. et a ſuprema et maiori ex glandulis 80. procedens, qui juxta latus ſiniſtrum aortae excurrens per rimam inter crura ſiniſtra diaphragmatis transit, ac ſe immittit in glandulas pone aortam inter vertebram primam lumborum et duodecimam dorſi in latere ſiniſtro diſpoſitas, vbi concurrunt aliqui trunci intercoſtales vtriusque lateris et nonnulli ex hepate et pulmonibus aduenientes.

86. 86. Glandulae, quae pone aortam inter duodecimam vertebram dorſi et primam lumborum ſedent.

87. 87. Glandulae, quae pone aortam inter decimam vertebram dorſi et primam lumborum locatae ſunt.

88. 88. Duae glandulae, quae ſiniſtrum latus ductus thoracici ſupra vndecimam et duodecimam dorſi vertebram occupant.

89. Truncus maior ab vnione truncorum quorumdam intercoſtalium vtriusque lateris aliorumque ex glandulis 87. et 88. prouenientium formatus, qui inferiora verſus excurrens tandem reflectitur et cum aliis truncis maioribus inter vndecimam et duodecimam dorſi vertebram ad ductum thoracicum ſe confert.

90. Ductus thoracici principium a tertia lumborum vertebra ad duodecimam dorſi ſeſe extendens, vbi trunci abſorbentes maximi in illum aperiuntur.

91. Locus, vbi ſaepe ductus thoracicus paullulum anguſtatur, decimae et vndecimae dorſi vertebrae vtplurimum reſpondens, quo lumine producitur vsque ad ſextam dorſi vertebram.

92. Hinc ſenſim dilatatur et ex parte media thoracis ad ſiniſtram pone aortam migrat.

93. Area, ſeu inſula, a ductus thoracici diuiſione formata, inter quartam et quintam dorſi vertebram.

94. Locus, vbi ad latus ſiniſtrum aortae adparet.

95. Pars ductus thoracici magis dilatata, quae juxta latus internum arteriae ſubclauiae in collum inter carotidem ſiniſtram et venam jugularem eiusdem lateris producitur et in duos truncos dirimitur.

96. Truncus maior, qui in arcum flexus pone venam jugularem internam transeundo ad externum eiusdem latus ſe manifeſtat, indeque deſcendendo in angulum inter venam ſubclauiam et jugularem internam terminatur.

97. 97. Truncus minor, qui eandem fere viam legit, quam truncus maior praedictus.

98. Inſertio trunci maioris in angulum modo dictum.

99. 99. 99. 99. 99. 99. 99. Trunci abſorbentes intercoſtales, ex ſpatiis ſeptem coſtarum inferiorum lateris ſiniſtri procedentes. Hi, poſtquam plures glandulas in ipſis ſpatiis intercoſtalibus et circa vertebras diſpoſitas, quae, quia per ſe ſatis patent, numeris notatae non ſunt, peruaſerint, in truncos maiores ad glandulas 87. 88. conferentes rediguntur.

Similes trunci quoque in ſpatiis intercoſtalibus dextri lateris occurrunt.

100. 100. Nonnulli trunci ex dorſo prodeuntes, qui muſculos intercoſtales perforant et in modo dictas glandulas cum truncis 99. coadunantur.

101. 101. Eiusmodi trunci, qui ex dorſo pariter ad glandulas in ſpatiis intercoſtalibus ſitas juxta coſtarum angulum migrant ac modo dictis comites ſe praebent.

102. 102. 102. Trunci, qui ex ſpatiis intercoſtalibus inferioribus coſtam ſuperiorem conſcendunt, vt ad glandulas in ſpatio intercoſtali ſuperiori perueniant.

103. 103. 103. Glandulae in ſpatiis intercoſtalibus circa trium coſtarum capitula diſpoſitae.

104. Trunci, qui ex dorſo ad iſtas glandulas procedunt.

105. Truncus maior, qui ex glandulis in ſpatio intercoſtali inter ſextam et ſeptimam coſtam circa eorumdem capitula procedit, ad corpus vertebrae dorſi ſeptimae deſcendit ſeque in glandulam 106. immergit.

106. Glandula corpori vertebrae dorſi ſeptimae adcumbens.

107. Alia glandula inter ſeptimam et octauam dorſi vertebram ſita.

108. Truncus ex glandulis in ſpatio inter coſtam octauam et nonam ſitis procedens, qui cum truncis ex glandulis 106. 107. profectis copulatur atque ita trunco maiori 89. primam originem dat.

109. Truncus formatus ab vnione truncorum ex glandulis in ſpatio inter coſtam nonam et decimam ſitis procedentium, qui ad glandulas 87. deſcendit.

110. Trunci, ex glandulis inter coſtam ſextam et ſeptimam dextri lateris locatis procedentes, qui ex dextro latere in ſiniſtrum transeunt pone venam azygam et ductum thoracicum atque in glandulam 106. inſeruntur.

111. Truncus procedens a glandulis in ſpatio intercoſtali dextri lateris inter ſeptimam et octauam coſtam locatis, qui bipartitus ad ſiniſtrum latus transit. Ramus dexter cum alio inferiore copulatur, ramus ſiniſter vero pone venam azygam et ductum thoracicum decurrens definit in truncum 89.

112. Truncus ex glandulis inter coſtam octauam et nonam ſitis procedens et pone venam azygam ac ductum thoracicum decurrens ad ſupremam glandularum 88. ſe conferens.

113. Trunci, qui ex glandulis inter coſtam nonam et decimam ſitis eodem modo ad glandulas 88. decurrunt.

114. Alius truncus ex glandulis in praedicto ſpatio ſitis decurrens ad glandulam 115.

115. Glandula, quae inter decimam et vndecimam vertebram dorſi adcumbit venae azygae et ductui thoracico.

116. 116. 116. Glandulae, in quas, praeter abſorbentia intercoſtalia, coadunantur nonnulli trunci ex ligamento hepatis dextro procedentes.

117. 117. 117. Tres trunci intercoſtales ſiniſtri lateris ſub coſta tertia, quarta, quinta decurrentes.

118. Glandula trunco venoſo 57. et ductui thoracico ſupra quintam dorſi vertebram adcumbens, in quam coadunantur trunci ex glandulis inter coſtam quartam et ſextam ſitis prouenientes.

119. Truncus abſorbens intercoſtalis ſecundus.

120. Truncus abſorbens intercoſtalis primus, qui ad glandulas colli abit.

121. Truncus maior ex glandulis inferioribus colli profectus, qui pone venam jugularem tranſit atque ſupra vertebram colli ſeptimam in ductum thoracicum definit.

122. 122. 122. 122. 122. Quinque trunci intercoſtales ſuperiores lateris dextri.

123. Truncus ab vnione truncorum ex glandulis in duobus primis ſpatiis intercoſtalibus ſitis prodeuntium formatus, qui ad glandulam 124. tranſit.

124. Glandula inter venam azygam et ductum thoracicum ſita inter vertebram dorſi quartam et quintam. Ex illa truncus adſcendit, qui ſe ductui thoracico inſerit, alii vero ad glandulam 118. deſcendunt.

125. Trunci reſecti, qui ex glandulis accedunt, in quas transeunt nonnulli trunci pulmonum.

126. Glandula ſupra quartam dorſi vertebram ſita, quae truncos ex ſpatio inter coſtam tertiam et quartam prodeuntes recipit, et pone venam azygam truncos emittit, qui ad glandulam 124. reflectuntur.

127. Glandula ſupra quintam dorſi vertebram ſita, quae vaſa ex quarto et quinto ſpatio intercoſtali aduenientia recipit truncumque emittit, qui mox ad ductum thoracicum tranſit inter quintam et ſextam vertebram.

128. Nonnulli trunci ex profundis brachii ſiniſtri ad glandulas axillares adſcendentes.

129. Trunci reſecti, qui ex thorace in glandulas axillares concurrunt.

130. Truncus reſectus ex glandulis inter Deltoideum et Pectoralem maiorem ſitis procedens.

131. Trunci ex glandulis circa inſertionem Leuatoris anguli ſcapulae locatis prodeuntes.

132. 132.

132. 132. 132. 132. Glandulae axillares, quae truncos modo dictos aliosque recipiunt.

133. Glandula Scaleno anteriori et plexui neruorum adcumbens, in quam concurrunt trunci 130. 131.

134. Trunci ex glandulis ſuperioribus colli prodeuntes, reſecti.

135. Glandulae in inferiore colli parte ſitae, in quas trunci modo dicti concurrunt, et ex quibus trunci maiores ad ductum thoracicum circa inſertionem ſuam ſe conferunt.

136. 136. Trunci ex profundis brachii dextri, qui in glandulas axillares eiusdem lateris transeunt.

137. Duo trunci maiores ex coniunctione omnium truncorum ex glandulis axillaribus huius lateris aduenientium formati, ac denique in truncum maximum 142. deſinentes.

138. Trunci, qui ex glandulis circa inſertionem Leuatoris ſcapulae ſitis prodeunt, et in glandulam 139. transeunt.

139. Glandula plexui neruorum adcumbens, ex qua trunci ad coniunctionem maiorum truncorum 137. transeunt, et quae etiam truncos ex glandulis venae mammariae internae huius lateris adcumbentibus exeuntes recipit.

140. Truncus cephalicus in glandulas colli inferiores ſe conferens.

141. Truncus maior, qui truncos ex glandulis colli inferioribus aduenientes recipit ac tandem in venam jugularem internam dextram deſinit, vbi illa cum vena eiusdem nominis externa confluit.

142. Truncus maximus, qui *ductus thoracicus minor* in hoc ſpecimine vocari poteſt. Recipit omnes truncos ex glandulis axillaribus dextris et ex variis glandulis colli aduenientes tandemque deſinit in angulum inter venam ſubclauiam dextram et jugularem internam eiusdem lateris.

EXPLICATIO
TABVLAE CXLIV.

Fig. 1. *Facies poſterior et externa pulmonis dextri cum vaſis ſuis abſorbentibus.*

Mascagni *Vaſor. lymphaticor. hiſtor.* Tab. XX. (⅔)

1. Lobus ſuperior.
2. — medius.
3. — inferior.
4. Foſſa, quae lobum ſuperiorem ab inferiore diuidit.
5. Rima ſ. fiſſura, quae lobum ſuperiorem a medio diſtinguit.
6. Parua fiſſura, quae in hoc ſpecimine in lobo medio occurrit.
7. Foſſa inter lobum medium et inferiorem, quae continuatio foſſae 4. eſt.
8. Dilatationes quaedam vaſorum abſorbentium, quae hoc loco aderant.
9. Truncus abſorbens, qui procedit ex rete faciem inferiorem lobi ſuperioris in foſſa 4. obtegente, occultans ſe inter lobum ſuperiorem et medium, vt adeat glandulas circa bronchos ſitas.
10. Trunci ex rete in parte poſtica lobi ſuperioris procedentes, qui in ſubſtantiam pulmonis ſe demergunt, vt cum profundis coniuncti adeant glandulas bronchiales.
11. Alii trunci ex rete in infima parte eiusdem lobi ſito procedentes, qui inter lobum ſuperiorem et medium ſe occultant.
12. Trunci, qui ex rete in lobo medio occurrente procedunt et in foſſa 7. ſe occultant, vt adeant glandulas proximas.
13. 13. 13. Trunci, qui ex ſuperficie lobi medii in ſubſtantiam pulmonis ſe demergunt.
14. Trunci, qui ex lobo medio in foſſam 7. deſcendunt.
15. 15. 15. 15. 15. Trunci ex rete maiori per lobum inferiorem late protenſo exorti, qui in ſubſtantiam pulmonis ſe demergunt, vt cum profundis adeant glandulas bronchiales.
16. 16. 16. Trunci, qui per marginem acutum aut inferiorem lobi inferioris ad concauam faciem transeunt.
17. 17. Areae a truncis maioribus formatae, in quarum ſpatio minores trunculi conſpiciuntur, qui alias areas circumſcribunt.
18. 18. 18. 18. 18. Trunci ex reliqua huius lobi ſuperficie prodeuntes, qui partim per ſuperficiem decurrunt, partim in ſubſtantiam pulmonis ſe demergunt. Valuulae horum truncorum impedimento fuerunt, quominus iniectio in omnes illorum truncorum continuationes intraret.

Fig. 2.

Fig. 2. *Aperto thoracis cauo, remoto corde, diaphragmatis parte dextra partim deleta, partim in ſiniſtrum latus reclinata, adparet facies anterior ſ. interior pulmonum, nec non trachea cum bronchis harumque partium glandulis vaſisque abſorbentibus.*

Mascagni l. c. Tab. XXI. (⅔)

1. 1. Integumenta communia diſſecta et ad latera reflexa.
2. 2. 2. Pulmonis dextri facies interior.
3. 3. Margo acutus ſ. anterior.
4. 4. — obtuſus ſ. poſterior.
5. 5. Pulmonis ſiniſtri facies interior cum ſuis marginibus.
6. 6. Facies inferior lobi inferioris eiusdem pulmonis, quae diaphragmati adiacet.
7. 7. Portio lobi dextri hepatis.
8. 8. Portio dextra diaphragmatis ſupra ſiniſtram reuoluta.
9. Portio ſiniſtra diaphragmatis pleura obtecta.
10. Glandula thyreoidea.
11. Cartilago thyreoidea.
12. — — cricoidea.
13. Trachea ſ. aſpera arteria.
14. Bronchus dexter, qui in ramos ſuos diuiditur.
15. Bronchus ſiniſter, etiam in ramos ſuos diuiſus.
16. 16. Oeſophagus per collum et thoracem decurrens.
17. 17. Muſculi ſternocleidomaſtoidei reſecti et in latera reclinati.
18. 18. Rami arteriae pulmonalis, reſecti, vbi in pulmones ſe inſerunt.
19. Aorta, diſſecta et in ſiniſtrum latus reuoluta.
20. Continuatio arteriae aortae.
21. Truncus communis arteriae carotidis et ſubclauiae dextrae, reſectus.
22. Arteria carotis dextra.
23. — — — ſiniſtra, reſecta.
24. — ſubclauia ſiniſtra.
25. 25. 25. Venae pulmonales, vbi e pulmonibus prodeunt, reſectae.
26. Vena caua inferior, reſecta.
27. — jugularis thoracica dextra.
28. — ſubclauia.
29. — jugularis interna colli dextra.
30. 30. V. jugularis interna colli ſiniſtra.
31. V. jugularis externa, reclinata, in ramum anteriorem et poſteriorem diuiſa.
32. 32. Ductus thoracicus, qui primum ad latus dextrum oeſophagi ſupra diaphragma adparet, paullo poſt ab eodem oeſophago occultatur, dein ſupra arcum aortae inter oeſophagum et arteriam ſubclauiam ſiniſtram denuo in conſpectum venit.
33. Hoc loco ductus thoracicus in duos ramos diuiditur, quorum alter maior ad angulum venae jugularis internae et ſubclauiae deſcendit, alter vero minor, paullo ſupra in venam jugularem internam aperitur.
34. 34. 34. Trunci ex parte gibba lobi dextra hepatis emergentes, qui ſe ad marginem obtuſum ſeu poſteriorem inflectunt et ad glandulas inter venam cauam et crus dextrum diaphragmatis ſitas migrant.
35. Truncus ex eodem lobo procedens, qui, perforato diaphragmate, in glandulam oeſophago adcumbentem ſe immittit.
36. 36. 36. 36. Alii trunci, qui diaphragma perforant et ad glandulas 37. ſe conferunt.
37. 37. Glandulae circa foramen venae cauae in diaphragmate occurrentes.
38. 38. Glandulae oeſophago adpoſitae.
39. 39. 39. Glandulae, quae margini obtuſo pulmonis ſiniſtri adſident.
40. 40. Glandulae, quae broncho ſiniſtro adpoſitae ſunt.
41. 41. 41. Glandulae, margini poſteriori pulmonis circa bronchos adhaerentes, in latus externum nonnihil diductae, quarum ſuprema acus ope coſtae adfixa eſt, vt reliquae melius ſe oſtendant.
42. 42. 42. 42. Glandulae, quae inter aortam, oeſophagum et bronchum ſiniſtrum ſedent.
43. Glandulae in margine obtuſo lobi dextri circa vaſa ſanguifera ſitae.
44. Glandula parti inferiori bronchi dextri adhaerens.
45. 45. Glandulae, quae vaſis ſanguiferis ſuperioribus circumponuntur.
46. 46. Glandulae, quae oeſophago et broncho ſiniſtro adſident.

47. 47. Glandulae maiores, tracheae circa eius diuiſionem adpoſitae.

48. 48. 48. Vaſa abſorbentia, quae ex facie conuexa ſeu anteriore in inferiorem transeunt ibique textum retiformem efficiunt.

49. Trunci, quorum vlteriorem repletionem valuulae impediuerunt.

50. 50. 50. Dilatationes, quae in vaſis rete componentibus conſpiciebantur.

51. Truncus ex rete modo dicto prodeuns, qui ad glandulas 39. fertur.

52. Truncus, qui per faciem cauam pulmonis ſiniſtri excurrens, in ſubſtantiam ſe inſinuat.

53. 53. Trunci, qui ex ſubſtantia pulmonis emergunt et in glandulas 39. feruntur.

Glandulae, quae hic adparent, variis truncorum plexibus inter ſe inuicem communicant.

54. Truncus ab vnione truncorum ex glandulis 41. prodeuntium formatus, qui ad glandulas corporibus vertebrarum quartae, quintae, ſextae adcumbentes fertur, vt exinde ad ductum thoracicum perueniat.

55. Duo trunci ex vnione minorum truncorum ex glandulis 46. et 47. prodeuntium formati, qui per oeſophagum deſcendunt, in ramos diuiſi, dein ad glandulas 38. et 43. tendunt, ex illis ad alias glandulas corporibus vertebrarum et aortae adcumbentes ſe conferunt, vt tandem ad ductum thoracicum perueniant.

56. 56. Rete in lobo inferiore pulmonis dextri conſpicuum.

57. Trunci, qui in ſubſtantiam ſe demergunt.

58. 58. Trunci, in quibus valuulae impedimento fuerunt, quo minus vlterius penetraret mercurius.

59. Truncus, qui per foſſam inter lobum medium et inferiorem a ſuperficie externa ad internam transit.

60. Trunci, per ſuperficiem internam ad glandulas 45. decurrentes.

61. Truncus, a ſuperficie externa per marginem obtuſam ad ſuperficiem internam protenſus, qui ad glandulas 43. ſe confert.

62. Truncus ex pulmone emergens atque ad glandulam 38. deſcendens.

63. 63. Alii trunci, ex pulmone ad glandulas ſe conferentes.

64. Glandulae oeſophago adcumbentes, quae truncos ex glandulis bronchialibus accipiunt maioresque truncos ad ductum thoracicum mittunt.

65. Glandulae, quae lateri dextro tracheae adcumbunt.

66. 66. Aliae glandulae, quae ad partem anteriorem tracheae poſitae ſunt.

67. Glandula, quae origini Longi colli adcumbit, ex qua truncus prodit ad glandulas colli inferiores ſe conferens.

68. Glandulae inter arteriam carotidem et venam jugularem ſitae.

69. Truncus ex glandula thyreoidea emergens, in ſupremam ex glandulis 66. inſertus.

70. 70. Trunci ex glandulis 66. orti, qui pone venam jugularem internam ſiniſtram ad glandulas colli inferiores ſe conferunt.

71. Truncus ex glandula thyreoidea ad easdem glandulas procedens.

72. Duae glandulae inferiores colli.

73. Glandulae, quae arteriae ſubclauiae ſiniſtrae adiacent, ex quibus trunci ad ductum thoracicum feruntur.

74. Truncus maior ex glandulis colli inferioribus enatus, in duos ramos diuiſus, quorum alter in venam jugularem internam, alter in ductum thoracicum ſe demergit.

75. Truncus maior, qui ex glandulis 72. ad ductum thoracicum transit.

76. Truncus a glandulis axillaribus ortum trahens et in bifurcationem venae jugularis externae deſinens.

77. *Ductus thoracicus minor* (Conf. Tab. CXLIII. Num. 142.) qui varios truncos a glandulis axillaribus et colli lateris dextri recipit et in angulum venae ſubclauiae et jugularis internae dextrae aperitur.

EXPLI-

EXPLICATIO TABVLAE CXLV.

Fig. 1. *Dorſum et lumbi nec non pars ſuperior clunium et inferior ceruicis, cum ſuis vaſis abſorbentibus ſuperficialibus.*

Mascagni *Vaſor. lymphaticor. hiſtor.* Tab. XXIII. (⅔)

1. 1. 1. Integumenta externa diſſecta et reflexa.
2. 2. ſpina ſcapulae.
3. 3. Clunes reſectae.
4. Brachium reſectum.
5. Glutaei medii portio.
6. — — maximi portio.
7. Obliqui externi abdominis portio.
8. Latiſſimus dorſi.
9. 9. Cucularis vtriusque lateris.
10. Teres maior.
11. Infraſpinatus.
12. Anconaei pars.
13. Deltoideus.
14. Leuator ſcapulae, truncatus.
15. Sternocleidomaſtoideus.
16. Scaleni medii portio.
17. Splenii capitis portio.
18. Truncus ſuis ramis a clunibus et lumbis procedens, qui ſuper Glutaeum medium ac Tenſorem vaginae femoris et Sartorium excurrendo ad glandulas inguinales fertur.
19. Trunci, qui ab inferiori dorſi regione et a lumbis ad glandulas inguinales deſcendunt.

20. 20. 20. 20. 20. Trunci, qui a parte media et ſuperiore dorſi, nec non a ceruice et ſcapula ad glandulas axillares ſe conferunt.

Notandum eſt, plurimos abſorbentium truncos, qui ad glandulas axillares ſiniſtri lateris migrant, ſuis ramis ex latere dextro dorſi prouenire. Idem valet de iis, qui ad glandulas axillares dextras pertinent et ex latere ſiniſtro dorſi prodeunt ſeque cum prioribus in media dorſi regione decuſſant: hi vero in hac icone non exhibentur.

Fig. 2. *Superficies interior extremitatis ſuperioris ſiniſtrae cum ſuis vaſis abſorbentibus ſuperficialibus.*

Mascagni l. c. Tab. XXII. Fig. 2. (⅔)

1. 1. Portio Deltoidei.
2. Portio pectoralis maioris, reſecti.
3. — latiſſimi dorſi.
4. — teretis maioris.
5. — ſubſcapularis.
6. Arteria axillaris cum vena ſocia.
7. 7. Vena baſilica.
8. V. mediana.

9. Vena cephalica.
10. Art. radialis.
11. Art. vlnaris.
12. Trunci abſorbentes ex digitis prodeuntes.
13. Truncus ex digito annulari et auriculari originem trahens, qui inter muſculos occultatur, ut cum profundis communicet.
14—25. Trunci, qui ex facie externa antibrachii per anteriorem ad internam ducti, iis respondentes, qui Figura 3. Num. 2—13. indicantur.
26—45. Trunci ex facie interna brachii per poſteriorem aduenientes iisque reſpondentes, qui Fig. 3. Num. 15—33. indicantur.
46. Truncus ex dorſo manus inter pollicem et indicem procedens, qui ad faciem internam antibrachii venit et inter muſculos cum arteria radiali occultatur, vt cum profundis abſorbentibus communicet.
47. 47. Duae glandulae circa flexuram cubiti ſitae.
48. Glandulae axillares, quae truncos ſupra memoratos recipiunt.
49. Truncus cephalicus, abſciſſus. (Conf. Tab. CXLIII. Num. 140.)

Fig. 3. *Superficies exterior extremitatis ſuperioris ſiniſtrae cum ſuis vaſis abſorbentibus ſuperficialibus.*

Mascagni l. c. Tab. XXII. Fig. 1. (⅔)

1. 1. Integumenta diſſecta et reflexa.
2—13. Trunci iis reſpondentes, qui in Figura 2. Numeris 14—25. indicati ſunt.
14—33. Trunci iis reſpondentes, qui in Figura 2. Numeris 26—45. notati ſunt.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE CXLVI.

Vaſa abſorbentia ſuperficialia capitis et thoracis.

Mascagni *Vaſor. lymph. hiſt.* Tab. XXIV. (3)

1. 1. 1. 1. Integumenta externa reclinata.
2. 2. Abdominis pars infra vmbilicum.
3. Brachium ſiniſtrum, reſectum.
4. 4. Latiſſimus dorſi.
5. Teres maior.
6. Anconaei pars.
7. Deltoidei pars.
8. Clauicula.
9. 9. 9. Serratus magnus.
10. 10. 10. Obliquus externus abdominis.
11. Vmbilicus.
12. 12. Linea alba.
13. 13. 13. 13. Recti abdominis.
14. 14. Inſcriptiones tendineae Rectorum.
15. 15. 15. Pectoralis maior ſiniſtri lateris.
16. Portio Pectoralis maioris dextri lateris.
17. Omohyoideus, reſectus et reuolutus.
18. Cucullaris.
19. Splenius capitis.
20. Scaleni antici pars.
21. Scalenus medius.
22. Sternocleidomaſtoideus ſiniſter.
23. Sternohyoideus.
24. Sternothyreoidei pars.
25. Sternocleidomaſtoideus dexter.
26. Conſtrictoris pharyngis inferioris pars.
27. Os hyoideum.
28. Conſtrictoris pharyngis medii pars.
29. Venter anterior Digaſtrici maxillae.
30. Mylohyoidei pars.
31. Depreſſor anguli oris.
32. Quadratus menti.
33. Orbicularis oris.
34. Buccinator.
35. Zygomaticus maior.
36. Leuator labii ſuperioris proprius.
37. — — — — — alaeque naſi.
38. Compreſſor naſi.
39. 39. Orbicularis palpebrarum.
40. Frontalis.
41. Attollens auriculae.
42. Occipitalis.
43. Maſſeter.
44. 44. Parotis.
45. Ductus Stenonianus.
46. Glandula maxillaris.
47. Vena mammaria externa in axillarem ſe demergens.

48. Ala

48. Alia vena mammaria externa, etiam in venam axillarem tandem deſinens.

49. Vena cephalica.

50. — jugularis externa.

51. — facialis anterior ad venam jugularem internam tendens.

52. Arteria facialis.

53. — ophthalmica.

54. — temporalis cum vena ſocia.

55. — occipitalis.

56. Trunci vaſorum abſorbentium reſecti, qui ab extremitate ſuperiore ad glandulas axillares transeunt.

57. Trunci ex dorſo aduenientes, ad easdem glandulas decurrentes.

58. 58. 58. Trunci etiam ex dorſo aduenientes, ſuper Latiſſimum dorſi et Serratum anticum decurrentes, in easdem glandulas deſinentes.

59. 59. Trunci ex parte inferiore dorſi et ſuperiore lumborum procedentes, qui ſupra Obliquum externum abdominis et Serratum magnum decurrunt, cum aliis truncis ex ipſo thorace prodeuntibus communicant, tandemque in glandulas axillares deſinunt.

60. 60. 60. 60. Trunci in abdomine circa vmbilicum enati, qui ad glandulas inguinales deſcendunt.

61. 61. Trunci ex abdomine et thorace procedentes, qui ſurſum ad glandulas axillares porriguntur.

62. Truncus, qui ex abdomine et parte inferiore thoracis procedit et anteriora verſus ad glandulam 63. abit.

63. Glandula circa lineam albam ad ſecundam inſcriptionem tendineam Recti abdominis ſita.

64. Truncus ex glandula illa (63.) procedens, qui in linea alba expanſionem aponeuroticam perforat ac dein cum abſorbentibus mammariis internis coniungitur.

65. Truncus ex ſuprema abdominis, et infima thoracis parte enatus, qui diuiditur et in binas glandulas abit inter Pectoralem maiorem et partem ſuperiorem Obliqui externi ſitas. Hae glandulae vt et 63 ſaepe deſunt.

66. Truncus ex hisce glandulis (65) enatus, qui pone Pectoralem maiorem ſe occultat dein ſpatium intercoſtale inter quintam ex ſextam coſtam perforat, ut cum mammariis internis confluat.

67. 67. Duo trunci, qui ab integumentis circa vmbilicum procedunt et aponeuroſin perforant, vt cum epigaſtricis coniungantur.

68. 68. 68. Trunci ab abdomine procedentes, qui oblique ſuperiora verſus excurrendo ad thoracem transeunt, cum aliis truncis ex ipſa parte inferiore et laterali thoracis procedentibus confluunt tandemque ad glandulas axillares feruntur.

69. 69 69. 69. 69. 69. Trunci, qui vtrinque a thorace et ſcrobiculo cordis procedunt et ad glandulas axillares feruntur.

70. Truncus ex vnione 69. lateris ſiniſtri et 61. enatus, et ad glandulas axillares tendens.

71. 71. 71. Trunci a parte ſuperiore pectoris et inferiore colli procedentes, qui deorſum et extrorſum decurrendo in vnum 72. conueniunt.

72. Truncus ex prioribus (71.) enatus, ad glandulas axillares pertinens.

73. 73. Bini trunci, qui a parte inferiore et exteriore colli nec non a ſuperiore et anteriore parte humeri deorſum et antrorſum progrediuntur.

74. Truncus, in quem trunci 73. concurrunt, ad glandulas axillares pertinens.

75. Trunci ex parte ſuperiore humeri prouenientes, collecti in maiorem truncum etiam ad glandulas axillares pertinentem.

76. 76. Glandulae axillares. Variant ſitu, numero, magnitudine.

77. Truncus cephalicus, qui ſe inſerit in glandulam 78.

78. Glandula in ſpatio triangulari inter Deltoideum et Pectoralem maiorem ſita.

79. Alia glandula Leuatori ſcapulae in inferiore colli regione adcumbens, ad quam trunci ex praecedente (78.) feruntur.

80. Truncus ex iis, qui ex occipite prodeunt, ſupra Cucullarem ad eandem glandulam decurrens.

81. Trun-

81. Trunci, qui ab occipite et vertice oriuntur deſinuntque in glandulas ſequentes (82.).

82. Glandulae poſticae, parti occipitalis adcumbentes.

83. Tres trunci, ex hisce glandulis profecti, qui perforato Splenio capitis ad glandulas, circa venae jugularis internae diuiſionem ſitas, porriguntur.

84. Trunci, ex ſincipite et regione temporali procedentes, ad glandulas 85. deſcendentes.

85. 85. Glandulae, ſupra inſertionem Sternocleidomaſtoidei ſitae.

86. Truncus, ab externa harum glandularum procedens, qui per externam Splenii capitis et Cucullaris faciem ad venam jugularem externam (50.) vsque deſcendit, dein vero, in ramos diuiſus, in glandulas ſequentes ſe inſerit.

87. Glandulae, plexui brachiali et Scaleno medio adcumbentes.

88. Alius truncus, ab vnione ramorum ex glandulis 85. procedentium formatus, in glandulam ſequentem inſertus.

89. Glandula venae jugularis externae lateri externo adcumbens. Ex hac producitur truncus, ad ſupremam glandularum 87. pertinens.

90. Alia glandula Scaleno medio adcumbens paullo ſupra glandulas 87. Ex tribus hisce glandulis (87. et 90.) trunci procedunt, qui pone Sternocleidomaſtoideum ſe occultant, vt alias adeant glandulas, pone eundem muſculum ad latus venae jugularis internae diſpoſitas.

91. Glandulae, ſupra Sternocleidomaſtoideum ſitae, ſub glandulis 85. quas peruadunt ſucceſſiue bini trunci, ab interna glandularum 85. procedentes.

92. Alia glandula, margini interno Sternocleidomaſtoidei adcumbens, quae recipit truncum ab infima glandularum 91. et alium ex glandula 103.

93. Truncus ex glandula 92. procedens, qui deorſum interiora verſus decurrit, ſupra venam tranſit ac dein extrorſum reflectitur, vt adeat glandulas, venae jugulari internae circumpoſitas.

94. Truncus ab vnione ramorum ex ſincipite prodeuntium efformatus, qui verſus auriculam deſcendit ac diuiditur in duos ramos.

95. Ramus eius exterior, pone auriculam deſcendens, ſuis ramis ad glandulas 85. tranſit.

96. Ramus eius interior juxta internum auris latus decurrens, cum alio trunco a ſincipite et fronte procedente coniunctus, ſupra parotidem reptando tandem ſe immittit in glandulam 92.

97. Trunci, ex ſincipite et fronte procedentes, qui juxta arteriam et venam temporalem decurrunt ſeque inſerunt in glandulam ſequentem (98).

98. Glandula inter partem ſuperiorem parotidis et aurem externam circa proceſſum zygomaticum poſita, ex qua duo trunci oriuntur, quorum primus pone parotidem ſe occultat, alter pergit ad glandulam 100.

99. Alius truncus ex fronte et ſincipite procedens ad glandulam 100. pertinens.

100. Glandula inter parotidem et aurem ſita, quae truncum ex glandula 98. recipit. Ex hac glandula procedunt trunci, qui pone parotidem ſe occultant, ut alias adeant glandulas circa baſin maxillae inferioris ac ſupra Sternocleidomaſtoideum diſpoſitas.

101. Glandula, Sternocleidomaſtoideo adcumbens, quae recipit truncos, ex parte inferiore parotidis emergentes et cum vena jugulari externa deſcendentes.

102. Truncus ex glandula 101. procedens, qui venam jugularem externam comitatur ac tandem ſe inſerit in glandulam 90.

103. Alia glandula, in quam concurrunt trunci ex glandula 101. Ex hac glandula truncus ad glandulam 92. porrigitur.

104. Trunci, a fronte et regione temporali procedentes, qui pone parotidem ſe occultant, ut adeant glandulas circa baſin maxillae inferioris diſpoſitas.

105. Truncus, ex gena et palpebris enatus, qui oblique exteriora verſus deſcendit et ſe inſerit in glandulam 106.

106. Glandula, circa baſin maxillae ad latus externum venae facialis ſita.

107. Portio glandulae maioris, quae circa diuiſionem venae jugularis internae inuenitur, vbi concurrunt plures trunci ex profundis capitis et alii ex glandula 106. profecti.

108. Truncus a fronte, palpebris, naſo et gena prodeuns, qui in glandulam venae faciali adcumbentem ſe demergit.

109. Truncus ex integumentis Maſſeterem obtegentibus ortus, qui anteriora verſus decurrit, ſupra arteriam labialem transit ac ſe inſerit in glandulam, lateri interno glandulae maxillaris adcumbentem.

110. Truncus a gena proueniens, qui in glandulam praedictam ſe immergit.

111. Truncus, ab vnione ramorum a labiis et inferiore parte naſi procedentium formatus, qui ſupra Depreſſorem anguli oris oblique extrorſum deſcendit et ſe in glandulas 112. demergit.

112. Glandulae, inter baſin maxillae, glandulam maxillarem et ventrem anteriorem Digaſtrici diſpoſitae, in quas concurrunt alii trunci ex muſculis linguae, oſſis hyoidei et ex glandulis maxillaribus et ſublingualibus procedentes. Ex his, praeter truncos, qui in conſpectum veniunt, alii procedunt trunci a parte poſtica earum glandularum, qui ad glandulas circa diuiſionem venae jugularis internae tendunt.

113. Truncus a labio inferiore et eius muſculis procedens, qui ſe immittit in glandulas 114.

114. 114. Glandulae ventri anteriori Digaſtrici adcumbentes.

115. Truncus, a labio inferiore et mento ortus, qui ad glandulam 116. fertur.

116. Glandula inter ventrem anteriorem Digaſtrici dextri et ſiniſtri ſita, ubi concurrunt trunci ex muſculis linguae et ex ipſa lingua profecti, nec non truncus 115. Ex hac glandula truncus procedit, qui bifariam diuiditur et altero ramo ſternohyoideum perforat, vt ad glandulas, circa laryngem ſitas, tendat, altero vero pergit ad glandulam 114.

117. Truncus, ex glandula 114. enatus, qui ſupra ſternohyoideum reptando deſcendit usque ad truncum venae jugularis externae, vbi in ramos duos diuiditur.

118. Ramus exterior, qui ad glandulas, circa venam ſubclauiam et jugularem internam diſpoſitas, abit.

119. Glandula, in jugulo ſita, quae recipit ramum internum trunci 117.

120. Truncus, ex glandula 119. procedens, qui pone Sternocleidomaſtoideum ſe occultat, vt adeat glandulas, circa venam ſubclauiam diſpoſitas.

121. Duo trunci, ex glandulis 112. enati, qui oblique inferiora verſus ad Sternocleidomaſtoideum producuntur ac pone eum ſe occultant glandulasque, circa venam jugularem internam diſpoſitas, adeunt.

EXPLI-

EXPLICATIO TABVLAE CXLVII.

Fig. 1. *Dorſum manus et antibrachii circa articulationem reſecti cum vaſis abſorbentibus ſuis.*

Mascagni *Vaſor. lymph. hiſt.* Tab. XXV. Fig. 1. (⅓)

1. 1. Supinator longus.
2. Portio Radialis externi longi.
3. Tendo huius muſculi.
4. Radialis externus breuis.
5. Eius tendo.
6. Supinatoris breuis pars.
7. Abductor longus pollicis.
8. Extenſor minor pollicis.
9. — — maior pollicis.
10. 10. Indicator.
11. Extenſor communis digitorum, paullulum in latus inclinatus.
12. Extenſor proprius digiti minimi.
13. Portio Anconaei.
14. 14. Vlnaris internus.
15. Neruus radialis.
16. — — vlnaris.
17. Nerui mediani ramus interoſſeus dorſalis.
18. Arteria interoſſea dorſalis ſuperior.
19. — — — — inferior.
20. Arteriae radialis ramus dorſalis.
21. Vena, quae ad venam cephalicam tendit.
22. — ad venam baſilicam tendens.
23. Truncus abſorbens, ab vnione ramorum ex profundis volae et ex dorſo manus procedentium formatus, qui juxta arteriae radialis ramum dorſalem (20) ex dorſo manus ad faciem internam antibrachii tendit.
24. Truncus, qui juxta arteriam interoſſeam (19) inter muſculos excurrit, membranam interoſſeam perforat et ex facie externa antibrachii ad internam migrat, vt juxta arteriam vlnarem adeat glandulas, circa articulationem cubiti ſitas.
25. Alius truncus, qui arteriam interoſſeam ſuperiorem (18) comitatur et inter muſculos pari modo ſe occultat tandemque easdem glandulas adit.

Fig. 2. *Facies interna manus partisque antibrachii.*

Mascagni ibid. Fig. 2. (⅓)

1. 1. Vlnaris internus.
2. 2. Sublimis.
3. Radialis internus.
4. Flexoris longi pollicis pars.

 5. Ab-

5. Abductor digiti minimi.
6. Flexor breuis eiusdem digiti.
7. Abductor breuis pollicis.
8. Opponens huius digiti.
9. Flexor breuis eiusdem digiti.
10. Ligamentum carpi proprium volare.
11. Neruus vlnaris.
12. — radialis.
13. Nerui muſculocutanei ramus.
14. Rami nerui mediani.
15. Arteria radialis, inter binas venas ſita.
16. Ramus eius dorſalis.
17. Arteria vlnaris, inter binas venas ſita.
18. Ramus eius dorſalis.
19. Ramus volaris, qui cum ramo volari arteriae radialis arcum ſuperficialem manus format.
20. Vena cephalica.
21. Truncus abſorbens ab vnione ramorum ex pollice, indice et latere radiali digiti medii prodeuntium formatus, qui cum vaſis ſanguiferis ad brachium pergit.
22. Ramus, a vaſe abſorbente ex latere vlnari digiti medii prodeunte formatus, qui cum trunco 21. confluit.
23. Truncus, qui ramos ex latere vlnari digiti medii et radiali digiti annularis recipit.
24. Truncus, qui ramos ex latere vlnari digiti annularis et radiali digiti auricularis colligit.
25. Truncus ex latere vlnari digiti auricularis prodeuns.
26. Truncus, ex 23. 24. 25. formatus, qui vaſa ſanguifera vlnaria comitatur et bifurcatus glandulam Fig. 3. Num. 68. adit.
27. 27. Continuatio trunci 24. per antibrachium vsque ad glandulam 28.
28. Glandula, circa mediam antibrachii longitudinem venae radiali internae adcumbens.
29. 29. Truncus, ex dorſo procedens, qui juxta latus externum vaſorum ſanguineorum radialium adſcendens, in duos ramos 30. 31. finditur.
30. Ramus interior ad glandulam 28. ſe conferens.
31. Ramus exterior, in duos ramos fiſſus, quorum alter ad glandulam Fig. 3. Num. 75. transit, alter glandulae Fig. 3. Num. 67. inſeritur.
32. Alius truncus, qui ad eandem glandulam (Fig. 3. Num. 67.) ſe confert.
33. Alius, qui ad glandulam Fig. 3. Num. 70. transit.

Fig. 3. *Muſculis Pectorali maiore et minore a ſua origine reſectis et in latus externum reclinatis, Latiſſimo dorſi cum ſcapula verſus inferiora ducto, muſculis brachii paullisper a ſe inuicem dimotis, adparet pars ſuperior antibrachii, nec non humerus, collum, et pars lateralis thoracis cum ſuis vaſis abſorbentibus profundis.*

Mascagni ibid. Fig. 3. (½)

1—6. Sex coſtae ſuperiores.
7. 7. Thorax, circa octauam coſtam reſectus.
8. 8. Collum reſectum.
9. 9. Antibrachium reſectum.
10. Clauicula reſecta.
11. Os hyoideum.
12. Cartilago thyreoidea.
13. Glandula thyreoidea.
14. Trachea.
15. Pectoralis minor, reſectus et ſupra Deltoideum reuolutus.
16. Pectoralis maior, etiam reſectus et ſupra Deltoideum extrorſum reuolutus.
17. 17. Deltoidei portiones.
18. Latiſſimus dorſi.
19. Teres maior.
20. 20. 20. Serratus magnus.
21. Subſcapularis.
22. Coracobrachialis.
23. Cucullaris portio.
24. Splenii capitis pars.
25. Leuator ſcapulae.
26. Scalenus anterior.
27. Hyothyreoideus.
28. Cricothyreoideus.
29. Conſtrictor inferior pharyngis.
30. Biceps brachii.
31. Pars Radialis interni et Pronatoris teretis ac Palmaris longi. Reſecti ſunt hi muſculi paullo infra originem et ad internum latus reuoluti.
32. 32. 32. Brachialis internus.
33. Anconaeus longus.
34. — — internus.

35. Vlna-

35. Ulnaris internus.
36. Sublimis.
37. 37. Supinator longus.
38. Arteria ſubclauia dextra.
39. — carotis dextra.
40. Pars arteriae carotidis ſiniſtrae.
41. Art. thyreoidea ſuperior.
42. Continuatio arteriae carotidis externae.
43. Art. thoracica prima.
44. Ramus maior arteriae ſubſcapularis ad Serratum magnum et Latiſſimum dorſi decurrens.
45. Ramus arteriae circumflexae poſterioris.
46. Arteria brachialis.
47. -- radialis inter duas venas decurrens.
48. Arteria vlnaris, etiam ſuis venis comitata.
49. Arteria recurrens vlnaris.
50. -- interoſſea.
51. Vena caua ſuperior.
52. -- jugularis thoracica dextra.
53. — ſubclauia dextra.
54. — jugularis colli dextra.
55. — jugularis thoracica ſiniſtra.
56. Venae thyreoideae inferiores.
57. Vena jugularis externa, refecta.
58. — — — interna ſiniſtra.
59. 59. Vena cephalica.
* Vena mediana, refecta.
60. 60. Vena baſilica.

Venae, quae ſeſe arteriis adſociant, numeris notatae non ſunt.

61. Nervus medianus.
62. 62. N. vlnaris.
63. 63. N. cutaneus medius.
64. 64. N. muſculocutaneus.
65. Truncus abſorbens reſpondens trunco Fig. 2. Num. 31. qui juxta venam radialem externam adſcendit.
66. Trunci reſpondentes iis, qui in Fig. 2. Num. 31. 32. notati ſunt, decurrentes juxta venam radialem internam et demum in glandulam 67. ſe conferentes.
67. Glandula in bifurcatione arteriae brachialis ſita.
68. Glandula venae vlnari externae adſidens, quae ramos trunci Fig. 2. Num. 26. recipit.
69. Truncus reſpondens illi, qui Fig. 2. Num. 33. indicatus eſt, juxta venam vlnarem internam adſcendens ſeque in glandulam 70. immergens.
70. Glandula venae vlnari internae adcumbens, quae recipit truncum 69. aliosque ex Radiali interno, Pronatore terete et Palmari longo progredientes, hic abſciſſos.
71. Truncus ab vnione truncorum ex glandulis 68. et 70. prodeuntium formatus, in ramos diuiſus, qui glandulas ſuperius ſitas adeunt.
72. 72. Glandulae, in quas concurrunt nonnulli trunci ſuperficiales et alii ex inferiore parte Anconaeorum et Brachialis interni prodeuntes.
73. Truncus ex Anconaeis procedens, qui in plures ramos diuiditur, cum aliis truncis communicat tandemque ad glandulas axillares ſe confert.
74. Glandula vaſis ſanguiferis ſupra Brachialem internum adcumbens, in quam concurrunt trunci ex glandulis 72. exeuntes et ramus trunci 71.
75. Glandula arteriae brachiali paullo ſupra articulationem adcumbens, quae ramos recipit ex truncis 65. et 71. truncosque emittit ad glandulas axillares et ad glandulas 76. ſeſe conferentes.
76. 76. Glandulae vaſis ſanguiferis adcumbentes paullo infra humeri longitudinem, quarum ſuperior recipit truncos ex Bicipite et Brachiali interno enatos.
77. 77. Truncus, a ſuprema glandularum 76. procedens, qui Coracobrachialem perforat et glandulas axillares adit.
78. Truncus ex glandula pone vaſa ſanguifera ſita procedens, juxta venam baſilicam adſcendens et ad glandulas axillares transiens.
79. 79. 79. Glandulae vaſis ſanguiferis Pectoralis maioris adcumbentes, quae ex muſculo illo truncos accipiunt aliosque ad glandulas axillares emittunt.
80. 80. 80. 80. Trunci ex facie laterali et poſteriore thoracis prodeuntes, quorum alii immediate ad glandulas axillares prope-

rant, alii prius in glandulas Serrato magno incumbentes ſe conferunt, quam in axillares tranſeant.

81. 81. 81. Glandulae, quae Serrato magno incumbunt.

82. 82. Glandulae axillares etiam Serrato magno adpoſitae, quae truncos ex eodem muſculo et ex Intercoſtalibus recipiunt.

83. Truncus ex glandula 81. procedens, qui muſculos intercoſtales ſecundi ſpatii perforat et cum abſorbentibus intercoſtalibus huius ſpatii confluit.

84. 84. 84. Glandulae ramis arteriae ſubſcapularis adcumbentes, ex quibus trunci exeunt ad glandulas axillares properantes.

85. 85 85. 85. 85. Glandulae axillares, quae truncos ab aliis recipiunt variisque plexibus inter ſe communicant. Tandem omnes confluunt in tres truncos.

86. 86. 86. Tres trunci, in quos omnes ſupradictae glandulae axillares confluunt.

87. Truncus maior ex confluxu trium modo dictorum (86) formatus, qui venae ſubclauiae circa angulum inſeritur, quem cum vena jugulari interna facit.

88. Glandula, quae recipit duos truncos ex glandulis juxta vaſa mammaria interna diſpoſitis prodeuntes.

89. Trunci abſorbentes, qui ex glandulis juxta vaſa ſanguifera mammaria interna dextri lateris diſpoſitis prodeunt et ad glandulas inferiores colli ſe conferunt.

90. Glandulae, quae tracheae adcumbunt et truncos recipiunt ex glandulis bronchialibus et ex glandula thyreoidea prodeuntes, aliosque emittunt, qui ſeſe ad glandulas inferiores colli conferunt.

91. Glandula inter cartilaginem thyreoideam et cricoideam ſita, quae ex glandula thyreoidea truncos accipit.

92. 92. Trunci, qui ex glandulis prodeunt adcumbentibus glandulae maxillari, ſeque conferunt ad glandulas, quae in bifurcatione venae jugularis internae occurrunt.

93. Trunci abſorbentes ex glandulis circa arteriam carotidem ſitis, ex lingua et ex cauitate cranii prodeuntes.

94. Glandula, quae truncos abſorbentes ex regione parotidis aduenientes recipit.

95. Trunci, qui ex glandulis circa proceſſum mammillarem ſitis adueniunt.

96. Trunci, qui ex glandulis occipitalibus prodeunt.

97. 97. 97. 97. 97. Glandulae, quae Splenio capitis et Leuatori ſcapulae adcumbunt.

98. Glandulae, quae lateri externo venae jugularis internae et Scalenis adcumbunt.

99. 99. 99. Glandulae inferiores colli.

100. Ductus thoracicus, pone venam jugularem internam ſiniſtram tranſiens in eamque deſinens.

101. Truncus maior, ex vnione minorum, qui a glandulis colli inferioribus adueniunt, formatus, ad angulum deſinens, quo vena jugularis interna cum ſubclauia ſiniſtra confluit.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE CXLVIII.

Fig. 1. *Vaſa abſorbentia diaphragmatis, cordis, mediaſtini, mammarum, capitis, eorumque decurſus per glandulas vsque in venas. Diſſectis coſtis, apertum eſt thoracis cauum: apertum quoque eſt pericardium, ipſumque cor ſiniſtrorſum deductum eſt: mamma ſiniſtra muſculo pectorali maiori diligenter ſeparata et ſupra brachium eiusdem lateris reuoluta eſt. Capite integumentis denudato, diſſecta et partim remota eſt parotis. Reſecti ſunt muſculi nonnulli, nempe Sternocleidomaſtoideus, Sternohyoideus, Omohyoideus, Sternothyreoideus, remota etiam eſt clauicula.*

Mascagni *Vaſor. lymph. hiſt.* Tab. XXVI. Fig. 1. (2/3)

1.—11. Coſta prima, ſecunda etc.
12.—20. Cartilagines coſtarum ſterno adhaerentes et cum illo ad dextrum latus reclinatae.
21. 21. 21. Integumenta externa, reclinata.
22. Proceſſus coracoideus.
23. Arcus zygomaticus.
24. Maxillae inferioris condylus.
25. Pars conuexa diaphragmatis lateris ſiniſtri.
26. Brachium ſiniſtrum.
27. Integumenta partis ſuperioris brachii et pectoris, verſus inferiora ſuper brachium reflexa.
28. 28. Mamma ſiniſtra, ita reuoluta, vt faciem poſteriorem oſtendat.
29. Portio Pectoralis maioris, reclinata.
30. — — — minoris, etiam reclinata
31. — Deltoideus.
32. Bicipitis caput longum.
33. — — — breue.
34. Subſcapularis.
35. Coracobrachialis.
36. Cucullaris portio, reclinata.
37. Leuator ſcapulae.
38. Milohyoideus.
39. Venter anterior Digaſtrici dextri et ſiniſtri.
40. Maſſeter.
41. Temporalis.
42. Zygomaticus maior.
43. Cartilago thyreoidea.
44. 44. Thyreohyoideus.
45. Glandula thyreoidea.
46. Trachea.
47. Oeſophagus.
48. Glandula maxillaris.
49. Parotidis reſectae reſiduum.

50. Du-

50. Ductus STENONIANVS.

51. 51. 51. Pericardium vaſis maioribus cordis adhaerens, partim reſectum.

52. Cor, ita ex pericardio eductum et ad latus ſiniſtrum reclinatum, vt tota eius anterior ſuperficies in conſpectum veniat.

53. Arteriae et venae coronariae.

54. Arteria pulmonalis.

55. — aorta.

56. Truncus communis arteriae carotidis et ſubclauiae dextrae.

57. Arteria carotis ſiniſtra.

58. — ſubclauia ſiniſtra.

59. — mammaria interna ſiniſtra, abſciſſa.

60. Arteria axillaris.

61. — occipitalis.

62. — temporalis.

63. Arteriae ophthalmicae ramus.

64. Vena caua ſuperior.

65. — jugularis thoracica dextra.

66. — — — — — ſiniſtra.

67. 67. Vena jugularis colli interna ſiniſtra, paullisper a ſuo ſitu dimota.

68. Vena jugularis externa, reſecta.

69. Vena facialis.

70. — angularis oculi.

Reliquae venae cum arteriis decurrentes numeris notatae non ſunt.

71. Vena ſubclauia ſiniſtra.

72. — axillaris.

73. Plexus neruorum brachialium.

74. Ductus thoracicus ad latus externum arteriae carotidis externae decurrens.

75. Locus, vbi valde dilatabatur in hoc ſpecimine ductus thoracicus, ſine dubio propter valuulas, quae ipſi inerant.

76. Inſertio huius ductus in angulum venae jugularis et ſubclauiae ſiniſtrae.

77. Truncus vaſa recipiens abſorbentia ex ſuperficie conuexa diaphragmatis et ad glandulam 78. ſe conferens.

78. Glandula maior, in mediaſtini cauo anteriore et inferiore ſita.

79. 79. Aliae eiusmodi glandulae minores, quae cum procedente communicant.

80. Glandula paullo ſuperius ſita et pericardio adpoſita, quae truncum recipit ex glandula 78.

81. Truncus ex glandula 80. procedens, qui ſuper pericardio adſcendit ad venam cauam ſuperiorem, ibique in ramos fiſſus glandulas 82. 83. adit.

82. Glandulae venae cauae ſuperiori adcumbentes.

83. Glandulae venae ſubclauiae dextrae adcumbentes.

84. Trunci ex glandulis 83. orti, qui juxta venam ſubclauiam dextram excurrentes cum mammariis et phrenicis dextris coniunguntur tandemque ad glandulas colli inferiores ſe conferunt.

85. Alii trunci ex iisdem glandulis profecti, qui cum mammariis ac phrenicis et hepaticis lateris ſiniſtri coniunguntur.

86. Truncus coaleſcens ab vnione truncorum ex ſuperficie conuexa hepatis prodeuntium et in ligamentum ſuſpenſorium ſe colligentium, qui diaphragma perforat et in ramos diuiſus ſe immittit in glandulas 87.

87. Glandulae in cauitate anteriore inferiore mediaſtini occurrentes.

88. Truncus ex ſuperiore parte integumentorum et muſculorum abdominis prodeuns, qui in glandulam 89. ſe confert.

89. Glandula inter cartilagines ſeptimae et octauae coſtae ſita, quae cum glandula 79. communicat.

90. 90. 90. Glandulae juxta vaſa ſanguifera mammaria diſpoſitae, quae non ſolum recipiunt truncos ex glandulis 79. et 87. prodeuntes, ſed etiam nonnullos, qui ex parte anteriore muſculi pectoralis maioris et ex mamma, mediaſtino et integumentis externis oriuntur.

91. Trunci ex ſuprema harum glandularum deriuantes, qui cum truncis ex glandulis 83. prodeuntibus coniuncti plexum formant tendentem ad glandulas, quae venae ſubclauiae ſiniſtrae et arcui aortae adcumbunt.

92. Truncus ex parte dextra ſuperficiei anterioris et vicina ſuperficiei poſterioris cordis procedens, qui cum 93. et 94. confluit.

93. Alius

93. Alius truncus ex parte ſuperiore ſuperficiei anterioris accedens.

94. Alius truncus, qui a facie poſtica apicis cordis et a tota ſuperficie anteriore procedit, in duos ramos diuiſus, quorum alter ad glandulas tracheae adcumbentes ſe confert ibique cum vaſis abſorbentibus pulmonum confluit, alter vero cum trunco 93. coit.

95. Truncus ex confluxu truncorum 92. 93. 94. enatus, qui glandulas 96. adit.

96. 96. Glandulae, quae aortae et arteriae ſubclauiae dextrae adcumbunt, in quas concurrit pariter plexus truncorum 91.

97. Truncus, qui ex thymo procedebat ad glandulam, paruam aortae circa annulum, quem pericardium format, adcumbentem.

98. Glandula maior aortae adcumbens, quae recipit truncos ex pericardio et thymo procedentes.

99. 99. Glandulae, quae arteriae aortae et ſubclauiae ſiniſtrae adcumbunt.

100. Truncus maior vnione truncorum ex glandulis 96. 98. 99. prodeuntium formatus, qui ſupra venam jugularem thoracicam ſiniſtram decurrit tandemque ad glandulas 101 ſe confert.

101. Duae glandulae, quae lateri externo arteriae ſubclauiae ſupra muſculum ſcalenum anteriorem adcumbunt. Ex infima harum glandularum truncus exit, qui pone concurſum venae ſubclauiae et jugularis ſiniſtrae in ductum thoracicum ſe exonerat.

102. Trunci maiores ab vnione truncorum ex mamma prodeuntium formati, qui in primas glandulas axillares ſe immittunt.

103. Nonnulli trunci ex ſuperficialibus brachii, qui ad glandulas axillares ſe conferunt.

104. 104. 104. 104. 104. Glandulae axillares, quae variis truncis et plexibus inter ſe communicant et juxta vaſa ſanguifera axillaria diſpoſitae ſunt.

105. Maior truncus ex hisce glandulis prodeuns, qui venam ſubclauiam ſiniſtram ſcandit, dein reflectitur et in venam illam ſub eo loco, vbi confluit cum vena jugulari, inferitur.

106. Alius eiusmodi truncus, qui priori 105. jungitur eodemque modo definit.

107. 107. Glandulae, Leuatori ſcapulae adcumbentes, quarum inferior truncum ex muſculis circa ſcapulam diſpoſitis recipit.

108. 108. Trunci, qui ex occipite deſcendunt ad glandulas 109.

109 Glandulae, quae Cucullari et Splenio capitis circa inſertionem horum muſculorum inſident.

110. Truncus ex glandulis 109. deſcendens ad glandulas 111.

111. 111. Glandulae Leuatori ſcapulae adcumbentes.

112. Truncus maior ex glandulis 111. ortus, qui oblique introrſum deſcendit acceptisque variis minoribus truncis ad ductum thoracicum paullo ſupra inſertionem illius (76) ſe confert.

113. Glandula inter Scalenum anteriorem ac medium et Leuatorem ſcapulae ſita, quae plures truncos ex glandulis ſuperioribus colligit truncumque emittit per glandulam paruam ad truncum 112. ſe conferentem.

114. 114. Trunci ex ſincipite prodeuntes, qui ad glandulas 115. feruntur.

115. 115. 115. Glandulae proceſſui mammillari circumpoſitae.

116. Glandula angulo maxillae inferioris adcumbens.

117. Glandula arteriae carotidi et venae jugulari ex cranio prodeunti adcumbens.

118. 118. Glandulae venae jugulari adcumbentes, quae non ſolum inter ſe, ſed etiam cum prioribus per varios truncos communicant.

119. Duae glandulae paullo infra ſitae et Scaleno anteriori adcumbentes.

120. Truncus maior a glandulis 119. procedens, qui ad glandulam 107. deſcendit, vt ex illa per glandulam 101. ad ductum thoracicum perueniat.

121. Glandula inter aurem externam et parotidem circa proceſſum zygomaticum ſita, quae recipit truncos, ex ſincipite et vertice prodeuntes.

122. 122. Duo trunci ex regione temporali nec non a fronte et palpebris prouenientes, qui ad glandulam 116. feruntur.

123. Truncus, qui ex parotide ad glandulam 116. transit.

124. Truncus, qui ex glandula 116. procedit, per collum decurrit et ad glandulam 125. ſe confert.

125. Glandula ex inferioribus colli, quae truncum 124. recipit et cum glandula 107. communicat.

126. 126. 126. Glandulae, quae baſi maxillae inferioris inter Maſſeterem et Depreſſorem anguli oris aſſident, quae recipiunt abſorbentia vaſa ex genis, fronte, palpebris, naſo, labiis, mento, faucibus et gingiuis prodeuntia.

127. Trunci, qui ex muſculis linguae et ex glandula maxillari et ſublinguali procedunt et in glandulas 131. ſe inferunt.

128. Glandula, quae muſculo hyothyreoideo adcumbit et cum infima glandularum 126. communicat.

129. Glandula inter cartilaginem thyreoideam et cricoideam ſita, quae communicat cum glandulis 128. et 130.

130. Glandula venae jugulari internae adcumbens et truncum emittens, qui deſinit in ductum thoracicum paullo ante inſertionem eius.

131. Glandulae in bifurcatione venae jugularis occurrentes, quae recipiunt truncos abſorbentes ex lingua eiusque muſculis, ex pharynge, cauitate narium, palato, muſculis maxillae inferioris, glandulis ſaliualibus, aliosque ex cauitate cranii cum arteria carotide interna, vena jugulari interna et vaſis ſanguiferis meningeis prodeuntia. Ex his glandulis exeunt trunci, qui pone venam jugularem internam ad glandulas externo lateri huius venae adcumbentes transeunt.

132. Glandula lateri interno venae jugularis internae adcumbens, quae cum glandulis 129. 130. 131. communicat.

Fig. 2. *Facies interior ſ. poſterior ſterni cum cartilaginibus coſtarum et muſculis intercoſtalibus vaſisque ſanguiferis et abſorbentibus mammariis.*

Mascagni l. c. Fig. 2.

1.—7. Septem cartilagines coſtarum ſterno adhaerentium.

8. Sterni manubrium.

9. — corpus.

10. — cartilago xiphoidea.

11. Portio diaphragmatis ex cartilagine xiphoidea procedens.

12. Alia portio a ſexta coſta procedens.

13. 13. Portiones Sternothyreoideorum.

14. 14. — Sternohyoideorum.

15. 15. Arteria mammaria interna dextra et ſiniſtra cum vena ſocia. Rami horum vaſorum, quia facile intelliguntur, numeris notati non ſunt.

16. Truncus abſorbens ex ligamento ſuſpenſorio hepatis procedens, deorſum cum ſuis glandulis ductus.

17. Duae glandulae, quas petit truncus 16.

18. Truncus reſectus, ex parte ſiniſtra diaphragmatis procedens.

19. Glandula cartilagini coſtae ſextae adcumbens, quae truncum 18. recipit.

20. Glandula inter cartilaginem coſtae quintae et ſextae occurrens, truncum ex glandula 17. recipiens.

21. 22. 23. Glandulae inter cartilagines coſtae tertiae et quartae, ſecundae et tertiae, primae et ſecundae occurrentes, quas ſucceſſiue peruadit truncus, ex glandula 20. prodeuns.

24. Truncus maior, reſectus, ex glandula 23. procedens, qui ad glandulas venae ſubclauiae ſiniſtrae adcumbentes pergebat.

25. 25. Trunci, ex parte antica Pectoralis maioris ex ſuperiore regione muſculorum abdominalium et ex integumentis prodeuntes, qui, perforatis muſculis intercoſtalibus, ad glandulas 20. 21. 22. ſe conferunt.

26. Duae glandulae, inter coſtam tertiam et quartam ſitae.

27. Glandula coſtae ſecundae et ſterno adcumbens. Hae glandulae inter ſe et cum vicinis et inferioribus communicant.

28. Trunci reſecti, prodeuntes ex quibusdam glandulis circa ſternum ſitis, in quas ſe reddunt trunci nonnulli, qui ex mediaſtino et pericardio oriuntur.

29. Glan-

29. Glandulae origini Sternothyreoidei adcumbentes, quae truncos 28. recipiunt.

30. Truncus reſectus, deorſum ductus, ex ligamento ſuſpenſorio hepatis ortum ducens.

31. Trunci reſecti, ex facie conuexa diaphragmatis procedentes.

32. 32. Glandulae, diaphragmati ſuperius et anterius in latere dextro adcumbentes.

33. Glandula inter coſtam quartam et quintam ſterno ac vaſis ſanguiferis adcumbens, quae cum glandulis 32. communicat.

34. Glandulae inter coſtam ſecundam et tertiam lateri interno vaſorum ſanguiferorum adcumbentes.

35. Glandulae, quae coſtae ſecundae adcumbunt.

36. Aliae, inter coſtam primam et clauiculam ſitae.

37. Glandula inter coſtam tertiam et quartam occurrens.

Hae glandulae inter ſe et cum vicinis communicant.

38. Trunci maiores reſecti, qui ad glandulas venae ſubclauiae dextrae circumpoſitas pergebant et ex illis ad glandulas inferiores colli dextras ſe conferebant.

 EXPLI-

EXPLICATIO TABVLAE CXLIX.

Fig. 1. *Cerebrum a ſuperiori ſpectatum, ita, vt vaſa abſorbentia durae meningis eaque, quae per arachnoideam et piam meningem ſerpunt, conſpiciantur. In dextro hemiſphaerio remota eſt dura meninx, ſiniſtrum hemiſphaerium omnibus ſuis membranis obtegitur.*

Mascagni *Vaſor. lymph. hiſt.* Tab. XXVII. Fig. 1. (⅔)

1. 1. 1. 1. Cranium reſectum.
2. 2. Dura meninx, circa ſinum longitudinalem in latere dextro reſecta.
3. 3. 3. Rami arteriae meningeae mediae per duram meningem diſtributae, venis ſuis comitatae.
4. 4. 4. Vaſa arterioſa et venoſa haemiſphaerii dextri, quae ad piam meningem ipſamque cerebri ſubſtantiam pertinent.
5. 5. 5. Trunci vaſorum abſorbentium, qui ex dura matre procedunt et juxta vaſa ſanguifera decurrunt.
6. Truncus, qui oculis ſe ſubducit circa ſinum longitudinalem.
7. Alius truncus, qui, cranio detracto ſic abruptus conſpiciebatur.
8. 8. 8. Vaſa abſorbentia, per piam meningem decurrentia, quae venas comitantur et circa ſinum longitudinalem oculis ſe ſubducunt. Haec ex variis cadaueribus delineata ſunt.
9. 9. Vaſa, quae in arachnoidea decurrere videbantur.

Fig 2. *Baſis cerebri cum duobus truncis abſorbentibus, mercurio impletis.*

Mascagni ibid. Fig. 2. (⅔)

1. 1. 1. Truncus abſorbens, inter lobum cerebri anteriorem et poſteriorem decurrens.
2. 2. Alius in cerebello adparens.

Partes cerebri numeris notatae non ſunt, quippe quae ex aliis Tabulis facile intelliguntur.

Fig. 3. *Baſis cranii, quae excemto encephalo adparet, dura meninge veſtita. Proceſſus orbitalis oſſis frontis in ſiniſtro latere remotus eſt: hinc bulbus oculi cernitur.*

Mascagni ibid. Fig. 3. (⅔)

1. Pars reſidua proceſſus falciformis durae meningis.

2. Ar-

2. Arteriae vertebrales.
3. — — carotides cerebrales.
4. Arteria meningea media dextra, cum vena ſocia.
5. Eadem arteria ſiniſtri lateris.
6. Sinus longitudinalis ſuperior.
7. — — — — inferior.
8. — perpendicularis ſ. torcular HEROPHILI.
9. Sinus transuerſus dexter.
10. — — — ſiniſter.
11. — petroſus ſuperior.
12. — — — inferior.
13. — circularis ſellae turcicae.
14. 14. Trunci abſorbentes, qui cum vaſis ſanguiferis meningeis per foramen ſpinoſum e cranio exeunt.

FIG. 4. *Pars dextra capitis et colli atque thoracis cum vaſis abſorbentibus profundis.*

MASCAGNI ibid. Fig. 4. (⅔)

1. 2. 3. 4. Quatuor coſtae ſuperiores.
5. Scapula cum humero introrſum ducta.
6. Proceſſus coracoideus.
7. Ligamentum proprium ſcapulae anterius.
8. Sectio maxillae inferioris circa ſymphyſin.
9. — — — ſuperioris, eo loco inſtituta, quo cum oſſe jugali coniungitur.
10. Sectio oſſis frontis in margine et parte externa orbitae inſtituta.
11. Sinus frontalis dexter.
12. Proceſſus zygomaticus, ad ſuam radicem reſectus.
13. Ala pterygoidea externa.
14. Hamulus pterygoideus.
15. Proceſſus mammillaris oſſis temporum.
16. Lingua, ſurſum ad palatum ducta.
17. Dens inciſiuus primus ſiniſter.
18. Pharynx.
19. Os hyoideum.
20. Glandula thyreoidea.
21. 21. Serrati antici maioris pars.
22. Deltoidei reſecti portio.
23. Bicipitis et Coracobrachialis pars.
24. Leuator ſcapulae.
25. 25. Cucullaris.
26. Splenius capitis, reclinatus.
27. Biuenter ceruicis et Complexus.
28. Obliquus inferior capitis.
29. — — ſuperior.
30. Longus colli.
31. 31. Scalenus anterior.
32. Hyothyreoideus.
33. Geniohyoideus.
34. Genioglofſus.
35. Hyogloſſus.
36. Styloglofſus, circa linguam reſectus.
37. Occipitalis.
38. Frontalis.
39. Temporalis.
40. Leuatoris palpebrae pars.
41. Rectus lateralis externus oculi.
42. Rectus inferior.
43. Obliquus inferior.
44. Bulbus oculi.
45. Leuator labii ſuperioris alaeque naſi.
46. Compreſſor naſi.
47. Leuatoris anguli oris portio.
48. Buccinatoris pars.
49. Orbicularis oris portio.
50. Neruus frontalis, ex ramo primo nerui trigemini.
51. N. infraorbitalis, ex ſecundo ramo eiusdem nerui.
52. N. buccinatorius, ex tertio ramo eiusdem nerui.
53. N. lingualis, ex eodem.
54. N. hypogloſſus.
55. N. gloſſopharyngeus.
56. N. vagus.
57. N. ſympathicus magnus.
58. N. acceſſorius
59. N. occipitalis magnus.
60. Nonnulli neruorum brachialium.
61. Arteriae pulmonalis portio.
62. Art. aorta.
63. Truncus communis arteriae carotidis et ſubclauiae dextrae.
64. Art. ſubclauia dextra.
65. — thyreoidea inferior.
66. — carotis communis dextra.
67. — thyreoidea ſuperior.
68. — lingualis.
69. — facialis, reſecta.
70. — occipitalis.
71. — temporalis.
72. — maxillaris interna.
73. Vena caua ſuperior.
74. V. jugularis thoracica ſiniſtra.

LODERI *Tabul. anat. Angiol. Vaſa abſorbentia.*

75. V.

75. V. jugularis thoracica dextra.
76. — — — externa colli, reſecta et reclinata.
77. V. jugularis interna colli.
78. V. ſubclauia dextra.
79. V. axillaris.
80. V. vertebralis.
81. 81. Venae thyreoideae inferiores.

Reliquae venae numeris notatae non ſunt, quippe quae arterias comitantur ideoque facile intelliguntur.

82. 82. Glandulae conglobatae ſ. abſorbentes, quae arteriae carotidi internae ſupra muſculum rectum capitis anteriorem maiorem adiacent ac nonnullos truncos abſorbentes juxta arteriam carotidem decurrentes recipiunt.
83. Glandulae, arteriae carotidi externae adcumbentes, in quas concurrunt trunci ex muſculo temporali et dura meninge prodeuntes.
84. 84. Glandulae, juxta vaſa ſanguifera lingualia diſpoſitae, quae truncos ex ipſa lingua eiusque muſculis prodeuntes recipiunt.
85. 85. 85. Glandulae ſuperiores colli, ad quas ſe conferunt nonnulli trunci ex ſuperficialibus capitis, nec non alii ex cauitate cranii cum vena jugulari exeuntes.
86. Glandula, venae jugulari internae adpoſita, quae truncos ex glandulis circa maxillam inferiorem ſitis recipit, prouenientes a larynge et glandula thyreoidea.
87. 87. 87. Glandulae mediae colli, quae ſupra Leuatorem ſcapulae et Scalenum medium ad latus externum venae jugularis internae ſedent et truncos recipiunt, ex glandulis 85. et 86. prodeuntes, nec non alios truncos ex glandulis circa maxillam inferiorem diſpoſitis et ex ſuperficie capitis et colli profectos.
88. 88. 88. 88. Glandulae inferiores colli, quae pariter latus externum venae jugularis internae occupant truncosque recipiunt ex glandulis ſuperioribus et mediis prodeuntes, nec non alios, qui ex occipite, ceruice, brachio et ex glandulis circa venam ſubclauiam ſitis progrediuntur.
89. 89. 89. Glandulae, juxta decurſum vaſorum ſanguiferorum axillarium locatae, quae variis truncis inter ſe et cum ſuperioribus glandulis communicant.
90. Glandulae, quae venae jugulari thoracicae dextrae adſident et recipiunt vaſa abſorbentia ex mediaſtino, pericardio, et ex glandulis juxta decurſum venae mammariae internae diſpoſitis.
91. Glandula, inter venam jugularem internam et vertebralem ſita, quae truncos recipit ex aliis glandulis latus dextrum tracheae occupantibus.
92. Glandulae, quae tracheae adcumbunt truncosque recipiunt ex glandula thyreoidea et ex glandulis ſuperioribus tracheae profectos, alios vero emittunt truncos ad glandulas inferiores colli ſiniſtras.
93. 93. Duo trunci reſecti, ex ſuperficialibus regionis occipitalis.
94. 94. Alii trunci reſecti, qui etiam ab occipite oriuntur.
95. Truncus reſectus, qui cum vena cephalica decurrebat.
96. Truncus magnus (*ductus thoracicus minor*) ab vnione truncorum ex glandulis ſuperioribus, circa vaſa ſanguifera axillaria diſpoſitis, prodeuntium formatus, qui ſe inſerit in venam ſubclauiam dextram circa confluxum eius cum vena jugulari interna.
97. Alius truncus magnus, colligens ramos ex glandulis inferioribus colli, qui in angulum confluxus venae ſubclauiae et jugularis internae inſeritur.

Vt omnes glandulae ſupradictae in conſpectum venirent, plures muſculi reſecandi erant, nempe, Sternocleidomaſtoideus, Sternohyoideus, Sternothyreoideus, Digaſtricus maxillae, Mylohyoideus, Stylopharyngeus. Oſſa reſecta et muſculi reclinati ex ipſa Figurae expoſitione facile intelliguntur.

Fig.

Fig. 5. *Finis totius ſyſtematis abſorbentis in concurſum venarum ſubclauiarum, et jugularium.*

Mascagni ibid. Fig. 5. (2/3)

1. Vena caua ſuperior.
2. 2. Venae jugulares thoracicae.
3. 3. Venae jugulares internae colli.
4. 4. Venae ſubclauiae.
5. 5. 5. Venae jugulares externae colli.
6. 6. Venae vertebrales.
7. 7. Venae thyreoideae inferiores.
8. Vena mammaria interna ſiniſtra.
9. Eadem vena dextri lateris.
10. 10. *Ductus thoracicus maior.*
11. Dilatatio, circa finem ſuum conſpicua.
12. Trunci abſorbentes, qui ex glandulis inferioribus colli procedebant.
13. Oſtium ductus thoracici, duplici valuula munitum.
14. Truncus colligens vaſa abſorbentia, ex glandulis axillaribus ſuperioribus ſiniſtri lateris prouenientia, qui in venam ſubclauiam aperitur.
15. Oſtium eius, ſimplici valuula inſtructum.
16. *Ductus thoracicus minor*, a confluxu truncorum, ex glandulis axillaribus ſuperioribus dextri lateris prouenientium, formatus.
17. Truncus, ex glandulis inferioribus colli procedens, ductui 16. inſertus.
18. Alius, ex glandulis colli inferioribus adueniens, etiam ductui 16. junctus.
19. Oſtium, ſimplici valuula munitum, per quod ductus thoracicus minor in angulum aperitur, quo vena ſubclauia dextra cum jugulari interna eiusdem lateris confluit.

EXPLICATIO

TABVLAE CL.

Fig. 1. *Portio inteſtini jeiuni ac meſenterii cum vaſis ſuis ſanguiferis et abſorbentibus. Praeparatum deſumtum eſt ex cadauere hominis, qui quatuor horis a paſtu copioſiori laqueo ſibi mortem intulerat, cuiusque vaſa abſorbentia ſ. lactea minora chylo adeo turgebant, vt optime ſe oculo offerrent. Maiores horum vaſorum trunci mercurio impleti ſunt.*

Mascagni *Vaſor. lymphaticor. hiſtor.* Tab. I. Fig. 7.

1. 1. Portio inteſtini jeiuni reſecti.
2. 2. Portio meſenterii, ſimili modo reſecti.
3. Ramus arteriae meſentericae ſuperioris, qui ad praedictam portionem meſenterii et inteſtini pertinet.
4. Ramus venae meſentericae maioris, ex eadem portione prodiens.
5. 5. 5. Tres glandulae meſentericae, in quas vaſa abſorbentia ſe immittunt.

Fig. 2. *Portio inteſtini jeiuni, in qua vaſa abſorbentia ſuperficialia et profunda ac pariter arteriae et venae conſpiciuntur.*

Mascagni l. c. Tab. II. Fig. 10.

1. 1. Inteſtinum reſectum.
2. 2. Arteriae.
3. 3. Venae.
4. 4. Vaſa abſorbentia profunda, quae maxima ex parte vaſorum ſanguiferorum ductum ſequuntur.
5. 5. Vaſorum abſorbentium ſuperficialium trunci, qui ſecundum inteſtini ductum longo tramite decurrunt et tandem introrſum reclinati in meſenterium producuntur.
6. Ramuli, qui ex oppoſito vndatim excurrentes in ramos maiores confluunt.
7. Rami maiores, qui pariter ex oppoſito ad truncos ſerpentino curſu diriguntur.

Fig. 3. *Initium inteſtini ilei, quod diſſectum et in membranam expanſum eſt. Praeparatum deſumtum eſt ex cadauere feminae, ſub partus doloribus extinctae. Conſpiciuntur vaſa lactea, chylo coagulato turgida: quae vt melius in conſpectum venirent, remota eſt tunica peritonaei et magna pars tunicae muſcularis.*

Cruikshank's *Anatomy of the abſorbing veſſels.* Tab. II. Fig. 1.

1. 1. 1. 1. Pars, quae meſenterio adhaeſerat, vbi haec inteſtini portio forficis ope per longitudinem diſſecta eſt.

2. 2. 2.

2. 2. 2. 2. 2. 2. Sex trunci vaſorum lacteorum, duplices, qui arterias ſimplices comitantur.

Fig. 4. *Portio peritonaei ex cadauere iuuenis auulſa, poſtquam per foramen aqua atramento tincta iniecta fuerat. Peritonaeum vbique maculis nigris conſperſum ſe obtulit, vnde prodibant vaſcula quaedam maiora, quae rete efformabant: eaedem maculae nigrae, microſcopio inſpectae, ex vaſculis exiliſſimis atramento turgidis conſtare viſae ſunt.*

Mascagni l. c. Tab. I. Fig. 5.

Fig. 5. *Portio peritonaei, ſuperficiem lobi hepatis ſiniſtri conuexam inueſtientis. Vaſcula abſorbentia minima, quae hic conſpiciuntur, preſſionis ope contra lymphae curſum mercurio impleta ſunt. Haec vaſa totam hepatis ſuperficiem ita obtegebant et occupabant, vt vaſa ſanguifera, quae cera rubra ante iniecta fuerant et numeroſiſſima adparuerant, oculis jam ſe ſubducerent.*

Mascagni ibid. Fig. 6.

1. Truncus, qui ſecundum marginem lobi ſiniſtri decurrebat, vt ad ligamentum laterale ſiniſtrum perueniret.
2. Truncus maior reſectus, qui ad idem ligamentum tendebat cum quibusdam aliis, qui ex hoc lobo proueniebant.
3. Truncus, per eumdem lobum poſterius et exterius excurrens, in quem confluunt rami maiores ex ſuperiore parte huius lobi prodeuntes, poſtquam ſuis ſurculis cum ſurculis priorum commercium inierunt. Hic truncus ad ligamentum ſiniſtrum producitur.

Fig. 6. *Truncus abſorbens tibialis poſticus, mercurio eum in finem repletus, vt eminentias, quae vaſa abſorbentia duobus nodulis monſtrant, ob oculos ponat.*

Mascagni l. c. Tab. I. Fig. 1. a.

1. 1. Duae eminentiae, quae ſinibus valuularum reſpondent.
2. Angulus, ad quem eaedem eminentiae vniuntur.

Loderi *Tabul. anat. Angiol, Vaſa abſorbentia.*

Fig. 7. *Truncus, ex cruralibus per longitudinem diſſectus et microſcopii ope auctus, vt valuulae adpareant.*

Mascagni ibid. e.

1. Angulus, quo valuulae inter ſe concurrunt, cum angulo (Fig. 6. Num. 2.), quem eminentiae externe formant, conueniens.
2. Margines fluctuantes valuularum.
3. Margines adhaerentes parietibus.
4. Sinus, inter quamlibet valuulam et parietem vaſis interpoſitus.
5. 5. Facies valuularum, quae ſe mutuo reſpiciunt.

Fig. 8. *Duae valuulae, microſcopio auctae, vt conſpiciatur duplicatura membranae internae, quae eas componit, cum vaſculis ſanguiferis et cellulis pinguedinis.*

Mascagni ibid. l.

Fig. 9. *Glandula, ex inguine educta, mercurio optime repleta, cellulis conſtans.*

Mascagni l. c. Tab. I. Fig. 10.

1. Tria vaſa inferentia, quae in eam glandulam ſe inſinuant.
2. Quinque vaſa efferentia, quae ex eadem egrediuntur.

Fig. 10. *Glandula, ex facie ſuperiore diaphragmatis deſumta, eodem modo repleta, quae ſolis vaſis implicatis conſtat.*

Mascagni ibid. Fig. 12.

1. Vas inferens, in eam glandulam ſe immergens.
2. Duo vaſa efferentia, quae ab eadem egrediuntur.

Fig. 11. *Glandula, per vaſa inferentia mercurio repleta, quae tantummodo vaſis abſorbentibus conuolutis conſtat.*

Cruikshank l. c. Tab. III. Fig. 1.

Fig. 12. *Alia glandula, eodem modo praeparata, quae cellulis compoſita eſt.*

Cruikshank ibid. Fig. 5.

Fig. 13. *Glandula, cuius tertia pars mercurio impleta eſt. Ex cellulis illam conſtare ſatis conſtat.*

Cruikshank ibid. Fig. 6.

Fig. 14. *Eadem glandula, microſcopio aucta, in qua nunc cellulae diſtinctius adparent.*

Cruikshank ibid. Fig. 6. a.

Fig. 15. *Glandula meſenterica, mercurio repleta et microſcopio aucta, in qua praeter abſorbentia adparent vaſa ſanguifera, glutine cinnabaris ope colorato iniecta.*

Mascagni l. c. Tab. II. Fig. 8.

1. Vaſa inferentia, ſuis vaſis ſanguiferis circumdata.
2. Vaſa efferentia, eodem modo vaſis ſanguiferis circumdata.
3. Eminentiae, quae cellulis ſeu dilatationibus reſpondent, vbi vaſa ſanguifera magis aceruata conſpiciuntur.
4. Trunculi vaſorum ſanguiferorum reſecti, qui ramulis minoribus per ſuperficiem diſperguntur ac maioribus in ſubſtantiam penetrant.

Hoc praeparatum rationem oſtendit, qua vaſa ſanguifera ſe habent in glandulis abſorbentibus. Nempe dum ad glandulam accedunt, in ramos dirimuntur, quorum minores per eiusdem ſuperficiem diſperguntur, vt totum ipſius ambitum rete comprehendant; maiores vero per ſinus in ſubſtantiam glandulae ſe inſinuant juxta ductum vaſorum abſorbentium, quae cum ipſorum cellulis, in ramulos continuo diuiſi ſimulque irretiti, vbique comitantur, atque conueſtiunt vna cum cellulis pinguedinis, quae externam eorundem vaſorum abſorbentium tunicam occupant. Praeter haec vaſa ſanguifera, quae veluti glandulae propria haberi poſſunt, alia adparent vaſcula, quae cum ad vaſa abſorbentia pertineant eaque, antequam ſubeant glandulam, perſequantur et amplectantur, hinc ſimul in eandem ſe inſinuant et tandem cum ſupra dictis vaſis ſanguiferis vniuntur.

EXPLI-

EXPLICATIO
TABVLAE CLI.

Syſtema abſorbens totius corporis ab anteriori.

Siſtit haec Figura ſynopſin vaſorum abſorbentium, ita, vt ratio, qua illa non ſolum inter ſe et cum glandulis ſuis communicent, ſed etiam in ductum thoracicum magnum et minorem deſinant, quantum id fieri poſſit, ob oculos ponatur.

In thoracis cauo aperto ſiniſter pulmo cernitur cum corde: dexter pulmo remotus eſt, eum in finem, vt vaſa abſorbentia intercoſtalia adpareant.

In abdomine aperto viſui ſeſe offert hepar cum ventriculo, liene et renibus. Remota ſunt inteſtina tenuia et craſſa.

Scrotum plane reſciſſum eſt. Dexter teſticulus in tunica ſua vaginali haeret: ſiniſter nudus eſt, remota tunica vaginali.

Dextrum latus capitis ſuperficialia vaſa abſorbentia monſtrat, ſiniſtrum nonnulla profundiora. Idem valet de extremitatibus ſuperioribus et inferioribus.

Numeri nec ſingulis huius Figurae partibus nec ipſis vaſis abſorbentibus glandulisque inſripti ſunt: omnia, quae huc pertinent, ex praecedentibus Tabulis facile intelligi poſſunt.

EXPLICATIO

TABULAE CLII.

Syſtema abſorbens totius corporis a poſteriori.

Eadem in genere de hac Figura valent, quae de illa, quam pracedens Tabula continet, dicta ſunt.

Capitis enim latus dextrum ſuperficialia vaſa abſorbentia monſtrat, ſiniſtrum nonnulla, quae profundiora ſunt. Ita etiam in extremitatibus dextri lateris vaſa ſuperficialia, in illis vero, quae ad ſiniſtrum latus pertinent, profunda indicata ſunt.

Nec in hac Figura numeris notatae ſunt ſingulae partes, quippe quae ex praecedentibus Tabulis ſatis patent.

Tab: CXXXIII.

Fig: 1.




Fig: 2.



Fig: 3.



Fig: 1.



Fig: 3.





Fig: 2.



Tab. CXXXV.




Fig. 2.



Fig. 1.

Tab: CXXXVI.




Fig: 4.



Fig: 3.



Fig: 2.



Fig: 1.

Fig: 1.



Fig. 2.

Friedrich Kaiser sc. Weimar 180[illegible]

Fig. 1.





Fig. 2.








J. T. Schroter ſculps

Tab. CXL.





J. F. Schröter ſculpſ. 1800

Tab. CXLII.



Fig. 2.




Fig. 1.

Tab: CXLIII.




Fig. 2.



Fig. 1.



Tab. CXLV






Fig. 3.




Fig. 1.






Fig. 2.



Tab. CXLVIII

Fig. 1. *Fig. 2.*



Gapieux Del. & ſculps. 1800.

Fig: 4.



Fig: 5.




Fig: 2.



Fig: 3.




Fig: 1.



J. S. Schröter, sculps.

Tab: CL.



Fig.1.
Fig.2.
Fig.3.
Fig.4.
Fig.5.
Fig.6.
Fig.7.
Fig.8.
Fig.9.
Fig.10.
Fig.11.
Fig.12.
Fig.13.
Fig.14.
Fig.15.

Tab: CLI.



J. Roux del.

C. Müller sc.

Tab: CLI.





Tab: CLII.



